

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

In libr. V. [notæ]

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

LAMP. ALARDI
IN
VALERII FLACCI
ARGONAUTI-
CON
LIBR. V.

VERS. 2. FATISQUE RAPACIBUS IDMON
(LABITUR) Peste in regione Mariandynensi
exortâ inter Minyas, primus sternitur
Idmon, mox Tiphys superadditur. Apol-
lonius lib. II. v. 817.

Ενθα δ' ἀθανάτων περσοειδηήλασε μοῖρος
Ιδμόνα μωτοσύνησι κεκασμένοι ἀλλὰ μιν ἔπι
Μωτοσύνη ἐστάσασαν ἔπει χρεῶ ἤγε δαμῶνα.

Et mox de Tiphy: v. 856.

Ἀγνίε δὲ πῖφω θανέειν φάπης· ἔδ' εἰ ἦεν
Μοῖρ' ἐπιγνώπιδεσσι ἐκατέρω.

v. 4. NIMIUM JAM VERA LOCUTI PHINEOS)
respicit verba præteriti libri v. 591.

----- *hic lecto comitum de robore, si quem
Perculerit vicina lues, ne defice, casus
Prædicti memor.*

v. 8. HOSPES HUMUM SEDEMQUE LYCUS)
Juxta Idmonis sic describit Apoll. lib. II. v. 839.

Ἡμεῖς δὲ πρὶν πάντεσσι γένε' ἐτέρω δέ μιν ἦδη
Τάρχυνον μεγαλωπὶ σικωπερέϊζες δὲ λαός
Αὐτὰρ ὄμιβ' βασιλῆϊ· Λύκω· περὶ δ' ἄσπιτα μῆλα
Ἡ' ἔμεν ἐιχουίνεοισι, παφῆϊα λαμοτόμηνον.

Cæterum quæ de more parentandi apud veteres supe-
rius notavi, adi & confer.

v. II. POSITUMQUE FERETRO CONGE-
MURERE) Idmōna feretro impositum dicit Poëta.

Non

Non observavit veterem morem quo olim humi ponebantur. Valer. Maximus lib. I. c. IX. *Aliquid administrationis civitati nostra Attilii etiam Aviola rogus attulit, qui et à Medicis et à domesticis mortuus creditus, cum aliquandiu humi jacuisset, elatus est.* Græci illud propriè νεκρώου appellabant. Synesius Epist. III. *πρὸς μείναι ἐπὶ γλιν κομίων ἢ δὲ ἀδελφιδῶν τότε πρῶτον &c.* Theognis,

Καὶ χεῖρ' ἀπὸ γῆν ἐπιμησέμεθα.

Homerus Iliad. 7,

Κεῖται ἀπὸ πρὸς ἕγγυ.

Ponebantur autem in ædium vestibulo, pedibus foras spectantibus, quod etiamnum à Christianis observatur: quod Græcis *πρὸς ἕρως* & *πρὸς κείως* appellatum. Sophocles Ajace :

Πυρόντες ἄν σπῆκείμεθα ἰχθίσι μόρω.

V. 31. CRESKIT DONIS FERALIS ACERVUS) quæ de muneribus in rogum conjici solitis supra notavimus, adi & consule.

V. 32. UT VERÒ AMPLEXUS FESSI RUPE RE SUPREMOS) Apud veteres mos erat mortuos amplecti & osculum dare. Pædo Elegiâ de morte Drusi.

*At miseranda parens suprema nec oscula fixit
Frigida nec movit membra tremente sono.*

V. 37. TALIA VOCE GEMIT) Mos etiam ille veterum erat defunctorum laudes celebrare. Hieronymus in vitâ Nepotiani. *Moris quondam erat ut super cadavera defunctorum in concione pro rebus laudes liberi dicerent, et instar lugubrium carminum ad stertus et gemitus audientium pectora concitarent.* Quem morem Romani à Græcis acceperunt. Philostratus, Heroicis Πρῆξαιτο δ' Ἀθηναῖοι τὸ ποῦμα (Ἐλῆαντο) καὶ Μισοῦ δ' ὡς ἐπὶ αὐτῶ λόγον ἠγούρουσι, οἱ νομίζουσι Ἀθηναῖοι ποῦμα τὲς ἐν τῶν πολέμοι τελευτῶντας. Primus apud Romanos Valerius Publicola Bruti supremas laudes Oratio

ne funebri profecutus est. Præter funebres illas Ora-
tiones etiam Nænix usitata fuerunt, quarum invento-
rem Simonidem statuunt. Illas autem cantare so-
lita Præfixæ, earumq; vocabulum usq; ad tempora bel-
li Punici remansit.

V. 46. PLEIADUMQUE GLOBOS) Sidus Ver-
giliarum eleganter globos vocat: quia in se conglobata
sunt ac conferta, ita ut arctum spatium occupent.
Nihil enim aliud sunt quam ἀστέρων συστροφή ut Scali-
ger vocat, quod oculi & Experientia testantur, quo
nomine Manilius lib. IV. dixit:

Adversus venit in cœlum, divesq; puellis

Plejadum parvo referens glomeramine sidus.

Theo: ὅπερ τὰς πλειάδας λέγουσιν βότρυος ὀκτώσιν ἀστέ-
ρων κλιμάκας. Aratus quoq; confertas describit & in se
collektas, cum de Perseo loquitur:

ἄχρη δὲ οἱ σπαιῆς ἐπιγυγνίδος ἤλαται πᾶσαι
πληιάδες φορέοντες ὅδ' οὐ μάλ' ἀποδὲς ἀπείσας
χρῆσθ' ἔρχεται καὶ δ' αὐτοῦ ἐπιπέπυαδ' ἀφανταί.

Ovidius in Phœnomenis ita hæc vertebat ex Arato
(vertit enim Aratæ.)

Pleïades ante genu septem radiare feruntur

Sed tantum apparet sub opacâ septima nube.

Nam sequentia in oculis habebat:

ἐν τῷ περὶ δὲ τὴν αἴγαν ἀνθρώποις ὑδέοντες
ἐξ ὀφθαλμοῦ εἶσσι ἐπόψιας ὀφθαλμοῖσι.

Quia vero parvum spatium implent, ideoq; Nicander
vocat ὀλιζωνας.

V. 51. QUANTUM PHASIS QUANTUM ARTA
RECESSIT) Sic Engentius editio optime legit, non:
quantum Phasis quantumq; recessit. Fuit autem ARTA vel
ÆRTES vel ÆTES, rex Colchorum, pater Medæ &
filius Solis. Alij tamen viri cujusdam nomen fuisse
ἡλίον contendunt, ex quo ille natus sit. De Coniuge

& matre ipsius variant autores. Corinthium quidam fuisse scribunt ex matre Ephyra progenitum. Quidam ex Antiopâ natum adserunt. Uxorem illi Persam Oceani filiam tribuunt ex qua Medeam, Absyrtum, quem Apollo ex Asterodæa narum dicit, & Chaleiopen genuerit. Apollo & Hesioidus Idyam pro conjugè ponunt. Neoptolemus Naupacticorum scriptor Eurilyten. Dionysius in Argonauticis Hecaten illi adscribit, ex qua nata sit Circe. Cæterum quomodo nomen *Aëtae* cum illo apud Ovid. in Epist. Hypipyles ad Jasonem convenit?

Non hæc Aësonides sed filia Phasis Aëra.

Respondeo cum Huberto Crescentinate propter vocalem sequentem, primam dictionis syllabam *Aëtae* (quæ diphthongo longa) corripì. Sed & quia *Aëta* alias rectè dicitur, per diphthongum *Ac*, rectè legitur *Aëra*. dicto loco. Ovidius aliàs:

Accipit hospitio juvenes pater Aëta Pelagos.

Sed quia & *Æa* in usu est quæ & ipsa urbs Colchorum fuit, cuius frequens apud Apollonium mentio sub finem lib. II. non existimo admodum opus esse hac subtilitate.

V. 58. NEC SEPARE CONTEGET URNÀ)

Non caret observatione quod Iason Idmonæ & Tiphyn eumulo jungit, quos antea coniunxerat fatum. Veteres enim diligenter cavebant ut conjuges, amici, item amasij, quos fide & amore mutuo unitos noverrant, post mortem uno eodemq; sepulchro conderentur. Ovidius de Priamo & Thisbe lib. IV. fab.

His tamen amborum verbis estote rogati

O mulcum miseri, meus illiusq; parentes

Ut quos, certus amor, quos hora novissima
junxit

Componi tumulo non invidentia eodem:

Et mox :

Quidq;

Quodq; rogis superest unâ requiescet in iurnâ.

Apuleius lib. VIII, Tunc propriè familiares misera Charites accuratissimè corpus ablutum unità sepulturâ ibidem marito perpetuam conjugem dedere. De Cratele ac Polemone Laertius in vitâ Cratelis. Καὶ ἕτως ἀπὸ τῆς ἀφειδίτου, ὥστε καὶ ζῶντι οὐ μόνον τῶν ἀντιπῶν ἐπιτηδευμάτων, ἀλλὰ καὶ μέχρι σχεδὸν ἀναπνοῆς ἐξαμοιεύσθαι ἀπὸ τῆς καὶ ζῶντος τῆς αὐτῆς πεφῆς ἐκοιναίετσαν. Val. Max. lib. IV c. VI. de M. Plautio, qui funeratâ uxore Orestillâ in gladium incubuit: *Quem amici sicut erat togatum & calcatum corpori conjugis junxerunt: ac deinde subjectis facibus utrumque cremarunt. Quorum ibi factum sepulchrum Tarenti etiamnum conficitur quod vocatur τῶν φιλόκων.* Sic Paris & Oenone idem sepulchrum habuerunt. Strabo lib. VIII. πύροντι ἢ Ἀλεξάνδρου δέικνυσθαι φησιν αὐτὸ καὶ αἰώνως ἦν ἰσχυροὶ γυναικῶν γενηέναι Ἐλεξάνδρου, πρὸς Ἐλένῃ ἀρπάζουσι. Factum etiam hoc Gemellis simul mortuis. Agathias Floril, Epigr.

Εἰς δὲ ἀδελφοὺς οἳ ἐπέχει τίφθ' ἐν ἢ ἐπέχον
Ἡμερὸν καὶ Ἡμερῶν οἱ δύο καὶ ζῶντες.

Et hoc est quod Notter paulo post:

reliquias focii defletq; miscend

Nomina.

v. 73. INDE FREMENTE NŌTHO TRISTES

ACHERUSIDDS ORAS) Acherusium (specum prope Aconem & sinum Maryandinū Geographi constituunt Solinus c. 45 de orâ Ponticâ: Post Bosphori fauces inquit & Rhesum amnem portumq; Calpas, Sagaris fluvius ortus in Phrygiâ, dictusque à plerisque Coralium, exordium facit Maryandini sinus, in quo oppidum Heraclea oppositum Lyco flumini: Aconesq; portus, qui proventu malorum Graminum usq; eo celebris est, ut noxias herbas aconita illinc nominemus: Proximus inde Acherusius specus, quem foraminis caci profundo adusq; inferna aiunt patere, Apollonius lib. II. v. 900,

Ἄσσι

Ἡοιοὶ δ' ἠπειτα δυωδεκάτω ἐπέβαινον
 Ηκαπ. δι' ἧσφιν ζεφύρε μέγας οὐραῖς ἄητο.
 Καρπαλίμως δ' ἐκίχοντο διεξέπρησαν ἑρεμύϊς.

v. 74. ET FESTA VULGATUM NOCTE LYRI
 CALLICHOON) Callirhoon alij legunt: sed malo
 cum Apollonio Callichoron. Meminit enim expressit
 v. 906.

Ὡκοὶ δὲ Καλλιχόρῳ παρὰ σπηχεῖς Πύλαισι
 Πλευρῶν ὁ δ' ὀπίπεσι διὸς νυκτῆος ἦεν.

Ἰνδῶν ἠνικα Φύλα λιπαὶ κατενώσατο θήβας.

Scholiales etiam: Ποταμὸς Παιφλαγονίας, ἰσθμὸς Διὸς
 νότος ποταμὸς Ἠεὶ κλειῶν οὐ μνηστῶν καὶ Καλλιμύχου. Ἐξοπ
 δὲ Διὸς Ἰσμητῶν διογῶν. ἔτω δὲ κέκληται ἀπὸ τῆς
 διόουσι ἀντίθετο ἡσῶν χορῶν, ὅτε ποτὶ Ἰνδῶν ὑπερῶν.
 Quod autem scholia Callimachi meminerunt cuius
 autoritate sententiam stabiliunt, nihil eius autoris ad
 nos pervenit, quo certiozem lectorem reddere possi
 mus. Idem quidem Callichori meminit Hymno in
 Cererem, non tamen hujus fluminis, sed putei cele
 brati apud Athenienses circa Eleusinem hoc versu:

Τεῖς δ' ἐπὶ Καλλιχόρῳ χαμάδες καθήσασσι φρηπῆ.

Quo loco (ut hoc addimus) Franciscus quidam Rober
 tellus alium versum substituit, videlicet

Τεῖς δ' ἐπὶ Καλλιχόρῳ Σικελῶν πόλιν ἠλίφες ἔναιον.

Sed si quis antecedentia cum hoc versu contulerit non
 malè videbit eo loci quadrare. Alij hoc carmen subdi
 titium esse aut alibi insulciendum non malè ar
 mant: quos inter Nicolaus Loensis. Non enim Calli
 machus ibi Siciliae locorum, sed errorum Cereris in
 Gracia & Attica meminit, tandemq; ad Eleusinem
 ad puteum Callichorum pervenisse, ibiq; lassam con
 sedisse, utpote quæ fuerit:

ἄνταλῆα ἠπὸ τῆς τε καὶ κ' φάγος ἠδὲ λείονα.

Talis nimirum venit ad Eleusinem cum a Baubo &
 Metansira susciperetur hospitio. Meminit hujus pu
 τῶν

Tei Apollodorus Bibliotheca, lib. I. Dicit enim quod
 Ceres amissa filia mortali adsimilata mulieri Eleusinem
 contendit, ac primo quidem Agelastrum de suo marore ap-
 pellatum non procul à Callichoro puteo infedit. Clemens
 Alexandrinus in Protreptico: Cum erraret Ceres ad qua-
 rendam filiam Proserpinam circa Eleusinem (is enim est lo-
 cus Attica) fatigatur & marore adfecta sedet super pute-
 um. Hoc in hodiernum diem prohibetur iis, qui inveniuntur,
 ne videantur ei, qui sunt initiati mysteris, imitari eam
 que lugebat. Quem in locum scholia incerti auctoris
 sic habent: Hunc puteum veteres appellabant Καλλιχο-
 ρος: ut dubium sit an scholia in Apolloninum, quo loco Calli-
 machum citant, an de hoc puteo, an de flumine in Pontico
 versus Callimachi ab illis advocatus loquatur: Sed & al-
 ter in Phocide locus est Panopiens appellatus quem Homerus
 (citante Pausaniâ) vocavit Callichorum. Hermolaus
 lib. VI. c. I, quem Plinius, inquit, Callichorum dicit, eum
 vocat Flaccus Callichroon: sed cum festam noctem actam
 eo loci dicat, etiam Callichorum defenderim quasi à choreis.
 Respicit nempe verba Scholiastæ, Sed omnem ambi-
 guitatem tollit Ammianus Marcellinus lib. XXII.
 Ille enim Ponticas res enarrans post aliquot gentium
 enarrationem sic infert: Prætercursoribus partibus memora-
 tis aliis versum sunt fluentia Callichori ex facto cognomina-
 ti, qui superatis post triennium Indiciis nationibus ad eos
 tractus Liber reversus circa huius ripas nitidas & opacas
 Orgia pristina reparavit & choras. Trieterica huiusmodi
 sacra quidam existimant appellata. Hæc ille.

V. 76. ABLUIT EOO RORANTES SANGUI-
 NE THYRSOS) Eleganter dictum à Poëta. Nam pro-
 pe flumen Callichorum Liber, ab India revertens,
 choreas cum Thyadibus celebravit: ita ut putetis illò
 (teste Pausaniâ in Atticis) Callichoros dictus sit, eo
 quod ibi primum Eleusina mulieres chorum institu-
 erunt, cecineruntque Deæ laudes. Confer Nonnum

in Dionysiacis. Item Clariss. Meurhium de Pop. Aca-
licæ.

v. 77. RUBRIQUE NOVISSIMA CLAUSTRA
ÆQVORIS) Mare rubrum intelligit, vel sinum Arabi-
cum, ab austro Mare Indicum, à Septentrione habens
Mediterraneum. Mela lib. III. c. 7. Rubrum vocant
Græci, siue quia ejus coloris est siue quia ibi Erythras ve-
gnavit ερυθρὰν θάλασσαν appellant: procellosum, asperum,
profundum & magnorum animalium potius quam ceteris
capax.

v. 83. INTEREA ET MAGNIS FATORUM
LAUDIBUS IMPLET) quid de horum versuum ordine
iuxta vet. cod. fidem differat videatur Carræo. Nos
quia manuscripta non extant, nec cuiquam Erudi-
torum hoc seculo visa sunt, veterum Philosophorum
verbum usurpamus: ἐπίχουδρ.

v. 85. ARDENT AVIDOS ATTOLLERE VUL-
TUS) Pervenere Minyx, usq; ad tumulum Scheneli,
qui in litore ad Cyaneas insulas constructus è mari
ipsis visus est. Lucem dat Apollonius huic loco, cujus
verba v 913. lib. II. hæc sunt:

Ἐσθεν δὲ Σθενέλι τὰ χεῖν ἔδρακον ἀκτοεῖδα
Ὅς φαί' Ἀμαζονίδων πολυπαιρῶν ἐν πολέμοιο
Ἀψ' ἀνίων (δὴ ἤσσω ἀλλ' ὕσεν ἠρακλῆϊ)
Ἐλὸ μὲν ἔ' ἰὼ κείθεν ἐπ' ἀγχιάλῃ θάκεν ἀκτῆς.

v. 95. OMNIA MOPSUS DUM STUPET) malim
OMINA: qua in voce sæpe Flaccus corruptus. Ae-
cidit idem aliis infinitis Poëtis ut late disquirat Can-
terus Nov. lection. lib. I. c. 8. Significat autem accep-
se Minyas viso Scheneli tumulo portentum, unde sa-
cra Manibuse ejusdem facere instituerunt. Non autem
caret observatione quod Poëta inquit statim sub occa-
sum solis hoc factum. Tunc enim in legis immolare
solebant veteres. Scholiastes Apoll. lib. I. Τῶς μὲν κα-
τηχορμῆς ὡς αὐτῆ ἡλίας δυσμαῖς ἐναγίζουσι, τοῖς δὲ ἐργουίδαις
κατῶ

ἑποτὶ τῶ ἔω. ἀνατέλλουσιν Ἡλίε. Scholiastes Aeschylī
 ἰν Ὀιδίσει. Ἐν τῷ μετὰ τὴν κτῆσιν ἰερῶν ἀπέχον-
 ται. Immolabantur autem ut superis ἑντομα id est Ca-
 strata: ita Inferis ἑνὸρχοα id est, testiculata. Ideoq;
 Apollonius addit: v. 928. lib. II.

χύτλα τέ αἱ χεῖρόντο; καὶ ἤγχισιν ἑντομα μύλων.
 Rursus inferis deorsum in terram spectantes maesta-
 bant victimas: his resupinantes in coelum. Nefas au-
 tem putant *Μένυα* tumulum hunc tacite pratervebi;
 quoniam Diis Manibus sacra erant sepulchra: Unde &
 in Inscriptionibus ponebatur D. M. id est: Deorum
 Manium. Symposius interpret Apollonii Tyrii.
Pro meritis fabricant loculum ex ave collato & scripserunt
 D. I. I. MANES. CIVES. TARSIAE. VIRGINI. PRO.
 BENEFICIS. PATRIS. EIVS. SEPVLCHRVM. EX.
 AERE. COLLATO. FECERVNT.

v. 96. IN PRIMA Tumulū PROCUŁ AD-
 SPICIT ACTA) lego *Acta* non *acta*. Ita enim tota
 quondam Attica nominabatur, quod maximam ejus
 partem mare attingat. Autor est Strabo lib. IX, vel
 ab *Acteone* sive *Acteo* Terrigenā Rege. Testes Pli-
 nius Gellius, Solinus. Unde ἀκτοῖον μέλι *Andromā-*
cho καλήνη *mel Atticum*. Talem etiam locum procul
 dubio intelligit Virg. ubi inquit:

At procul in solā secreta Troades Actā.

Unde Maserius pro quovis littore *Acten* accipi putat
 vel loco tali quem ubiq; mare cingit, dicitq; Strabo
 nem in IX & X. Ἀκτὴν vertere litus.

v. 97. OBNUBENSQUE CAPUT CINERI DAT
 VINA VOCATO) Veteres sacra facientes Diis & De-
 abus, caput tegebant, excepto solo Saturno, quod in
 superioribus semel atq; iterum notavi. Virg. *Aen. III.*

Et positis aris, jam vota in littore solves

Purpureo velare comas adopertus amictu.

Causam addit Servius. Varro, à ritu, quod Romano ritu sacrificium famina cum faciunt, capita velant. Ut in culpam merito veniat Demetrius Triclinius illud Pindari Olymp. Hymno VI. νοκτὸς ὑπαίθευ. sic edisserens Δίχα πρὸς εὐτρεφέα καλοῦματ' ἔπειθ' ἦ ἐδ' ἔδ' ὄχευ. Judæi sicut nunc etiam videre licet Deo supplicantes linteo caput obnubunt. Idem veteres tribus digitis thura sacrificabant, quod Ovid. Fast. II. t. statur.

Et digitis tria thura tribus sub limine ponit.

Ubi tribus digitis nemo ab Ovidio fortuito positum existimet. Eo enim modo prisci thure litabant. Laetant. lib. V. Nam cruciari atq; interfici malle, quam thura tribus digitis comprehensa in focum iactare.

v. 100. NOMENQUE RELIQUIT HARENIS)

Idem narrat Apollon. lib. II. v. 929.

Ἀΐδιχα δ' αὖ χύτλων ηχοσόω ἀπὸ χωνί
Βαυῖον δευμάδου μὴλ' ἐφλεθον ἄνδρα καὶ ὄρφνας
Θῆκε Λόβου, καὶ δὲ τὸ Λόβη τέλει ἄνομα χόρον.

v. 103. ET FATIS TIBI TIPHY NEGATUM

PARTHENIUM) De Parthenio vide Melam lib. II. cap. III. & Jacobum Nicol. Loensem Miscell. Epiphyl. lib. VI. cap. XVII. vel Tomum V. Thesauri Critici Gruteriani p. 510. ubi Parthenium disputat eandem fluvium esse cum Callichoro. Apollon. lib. II. v. 938.

Καὶ δὴ παρθενίω ἔσθαι ἀλιμυρήντ'
Πηρῖται ποταμὸν παρεμίτρεον ἢ εἰ κέρη
Ἀπὸ τῆς ἀγρηθῆς ὅτ' ἔργον εἰσάνα θάινει
Ὅν δέμας ἡερεῖσιν ἀναψύχει ὀδάπεδον.

Rationem appellationis eleganter vides assignari, cuius Noster non meminit. Plura & explicatiora vide apud Scholiasten.

v. 104. FIDUS ET INOPTI) Loca hæc Apollonius sic posita enarrat. v. 942. lib. II.

Νοκτὸς

Νοκτὶ ἔπειτ' ἄλληκτων ἐπιπεσέτωσε θεοῖτες
 Σήσσιμον, αἰπείνους τε παρεξενόοντ' ἐρδίνους,
 Κρωβιάλορ, κρώμευτε καὶ ὑλῆεντα Κόττωρον.
 Εὐθαδέ αὐτὲ κέραμδιον αἶψ' ἡλείοισι βολῆσι
 Γνάμψαντες, πικρὰ πύλιον ἔπειτ' ἠλαινον ἐρετμοῖς
 Λιγαλόν, ἀεὶ πᾶν ἡμᾶρ ὄμῳς, καὶ ἔπ' ἡματι νύκτα.

Pro Inopri alij legunt Inopria, Hermolaus tamen Inopri legit, tamen etiam Inopria legatur. Ceterum Inopus annis producta prima & media in Delo erat ut inquit Pausanias, Adi Plin. lib. II. Est Deli inquit Strabo lib. II. *Cinctus mons sublimis & asper, amnisq; per insulam non quidem maximus labitur Inopus nomine hic Dianam & Apollinem Latona peperit ideo locus tribus gratus est numinibus.* Adi Ccel. Rhodigin. lib. VI. De Crobialo autem cujus Noster meminit v. 102. Hermolaus in Plin. lib. VI. c. I. sic habet: *Bylaum amne videtur Valer. Flaccus Cobyllum vocasse initium Paphlagonia constituens: ipse tamen in versu illo non de Bileo amne intellego, sed Crobiali scribendum censeo ex illo Apollonii.*

Κρωβιάλον κρώμευτε καὶ ὑλῆεντα Κόττωρον.
 Strabo Gobialon vocat, nisi mendum iustit. Confer Scholiasten Apollonij ad citatum versum.

V. 109. STAT OPIMA SINOPE NYMPHA
 PRIUS) Fabulam quam Noster e longinquo attingit, prolixius exponit Apollonius v. 948.

Αὐτῆκα δ' Ἀστυείης ἐπέβαν χθονός. ἔσθι Σινώπιω
 Θυγατέρ' ἄσω ποῖο καὶ δῖοσ' αὐτο, καὶ οἱ ὄπασσε
 Παρθενίω ξείλ' αὐτὸς ὑπαρχεῖσσι δολωθεῖς. &c.
 Est autem hæc: Sinope Asopi filia a Iove adamata; adq; actus illicitos ab illo sollicitata est. Sed illa dolo intentatam impudicitiam præveniens petijt.

Perpetuo gaudere omni sine labe pudore.

Ille cum annuisset principio petitionis, nec dolum hunc subesse ratus fuisset, adnuit voto, & delusus est.

Idem accidit cum Apolline & Haly ut Apollonius
addit. v. 953.

Ὡς δὲ καὶ Ἀπόλλωνα παρήπαθεν Ἐνηϊήναι
Ἰεμδον πεποικόντ' ἐπὶ τοῖς Ἀλῶ,
Nestor. v. 112.

----- *deceptus amata*
Fraude Dea nec solus Halys, nec solus Apollo,

v. 113. ADDIDIT HIC CASU COMITES FOR-
TUNA BENIGNO) Hi modo enumerandi à Poeta post
bella Amazonum relictæ visâ Iasonis classe, ab illo socij
navigationis lecti sunt. Apollonius clarius Nostro
v. 957.

Ἐνθα δὲ θετικαῖσι τοῖς ἀγαυῶν δὴμῶν χοῖοι
Υἱὸς, Δηλιέωντι καὶ Αὐτίλυκῳ, Φλογίστῳ
Τῆμῳ ὁδ' Ἡρακλῆῳ δῶπ' ἀλαγχρῆντες ἔναιον, &c.
Autolytum alij habent: sed nos Apollonij ductum se-
quitur, cujus Valerius Noster Argonautica exprime-
re voluit, Strabonis menda, unde Autolyti nomen
manavit, nū morati. Tres autem eo nomine à Scri-
ptoribus numerantur. Hujus qui Iasoni comes fuit
meminerunt præter Apollonium, Appianus in Mithri-
daticâ, Plutarchus in Lucullo: & alij: Hermolaus
præsertim cujus verba hæc sunt: Scribo inquit Autoly-
con ex Pausania qui statuam hujus Athenis in Prytanæa
fuisse autor est. Fuit & apud Strabonem Autolytus comes
Iasonis & conditor Siropes, Deimachi filius ut Apollonia
quoq; placet cujus simulacrum Lucullus victor inde abstulit.
Nam hic de Autolico Mercurij (sive ut Homero & Platoni
I. de rep. placet) Deucalionis filio & materno Ulyssis avo,
ineptissimum est intelligere. Hactenus ille. Gesnerus
in Onomastico cum prius esset locutus de Autolyco
Pantacriaste addit Plinium meminisse hujus artificis
lib. XXXIV. c. 8. Nam artificem fuisse nusquam opi-
nor legitur, nisi per artificem athletam intelligat.
Vide hac de re Græca Appiani. *Alter hujus nominis Au-*
tolycus

Autolycus Parnassi fuit incola, Mercurijq; filius dicebatur, cum revera fuerit Dædalionis, Autor est Pausanias (Nata Dædalionem ejus avum scribit Ovidius in Metam. non patrem ut Pausanias in Arcadicis.) *Αυτόλυκος* λέγεται ἄλλω. Meminerunt etiam Homerus & Plato Rep. I. qui ibi addit fuisse eum avum Ulyssis. *Κινδύων* δέ τις, inquit, παρ' Ομήρου μεμαθηκέναι αὐτό. καὶ ἔειπεν τὸν Ἐὐδοσίωτος ὡς εὖς μητρὸς πάτριον αὐτόλυκον ἀγαπήσαντε καὶ φησὶν αὐτὸν ὑπὸ πάντας ἀνθρώπους κεκάστω κλεσποσωηθ' ὀνομαστέ. *Locus* Homeri exitat *Odyss. τ'*. *Eustathius* vero Mercurij filium dicit; *Αυτόλυκος* ἦος ἑρμῆ καὶ *Πηλεωνος* θυγατρὸς εὐσφόρου. *Didymus Scholiast.* Homeri: *Φιλωνος* ἡ δῆλον θυγατρὸς οἰκῶστος *Παρνασσὸν* ἐν αὐτῷ παρελέχθη καὶ *Απολλωνί* &c. *Ovidius* Chionem ejus matrem vocat. *Higyus* utrumq; nomen ponit. Vide de eodem *Autolyco* Scholiasten *Sophoclis* in *Il.* lud ex *Ajace* *Mastigophoro* ἡ πῆς ἀσπυσι σισυφιδῶν γενεᾶς ἔστω. *De Tertio Autolyco* *Pancrati* καὶ *Lyconis* filio *Xenophon* in *Symposio*: *Καλλίας* δὲ οἷον πονίκεν ἐξῶν ἐτύγχανεν αὐτολύκου παιδὸς οἷον, καὶ νεικῆσθαι αὐτὸν παγκράτιον, ἠκεν ἀγωνίᾳ ἐπὶ τῷ θῆαι. *Item*: ὡς ἄλλω ἢ φιλόπομος ἐστὶν ἐκ ἀθλοῦ, ὅς τ' κρυψήναι ἕνεκα νικῶν παγκράτιον, πολλὰς ἄλλω πόνους ποδὰ δὲ ἄλλη ἀνέχεται. *Plinius* lib. XXXIV. c. 8. *Leocrates* fecit puerum *Autolycum* *Pancrati* victorem, per quem *Xenophon* συμποσίον scripsit. *Pausanias* in *Bœoticis*: *Αυτόλυκος* τῶν παγκρατῶσαντι, τῶν δὲ καὶ εἰκόνα ἰδὼν εἶδα ἐν πρυτανείᾳ τῶν Ἀθηναίων τῶν τῶν ἀνδρῶν εἰς ἀμφισπότησιν, ὅτις δὲ κτήματα ἐπέτικε ἤλθεν ὁ παρρηάτης. *Idem* in *Atticis*: *Πηλεϊόν* δὲ πρυτανεῖον ἐστὶν, ἐν ᾧ ἀνδρῶν τις ἄλλοιτε καὶ αὐτόλυκος ὁ παγκρατῆς. *Cæsar* de 4. his *Jasonis* Comitibus vide Scholiasten ad v. 390. lib. II.

v. 124. PER CASPIA CLAUSTRÀ TRIUMFO
 MASSAGIEN) Caspiani Scythis proximi sinum

Caspium cingunt. Melalib. I. cap. 2. Super Scythas
Scytharumq; deserta ac super Caspium sinum populi sunt
Comari, Massagetae, Cadusii, Hyrcani, Iberi. Idem d. la
Massageta potum bibunt è pomis expressum; de quorum
moribus Caelius Rhodig. lib. X. latissimè agit. Confer
Strab. lib. II. Solinum c. 62. Papinius Achilleide scri-
bit eos equorum sanguinem lacte mistum potare

*Lactea Massageta veluti cum pocula fuscant
Sanguine puniceo.*

Sic Claudianus:

*Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Massagetes.*

De Massagetis quoq; Strabo hoc notat lib. II. Geogr.
quod mortis genus optimum censeant si senes cum
carnibus ovillis in frustra concidantur, unaq; devoren-
tur. Illos vero qui è morbo decedunt quod abijciant
tanquam impios & dignos qui à feris vorentur. Cæ-
terum de Caspiis Portis confer inferius lib. VI. vers.
107.

v. 132. BELLIQUE LABORES VIRGINEI)
Pugnam Amazonum intelligit, quas primo omnium
Equis usas fuisse Lythas orator tradidit. Ideoq; noster
versu sequenti

exciderit frenis que prima remissis.

Illæ roboris gratiâ cum alia loca percurrissent, tum
Atticam etiam; vix ibi tandè vinci potuerunt. Isoerates
in Panegyrico. Εἴη δὲ πεπενηῆς ἕως τῆς Ἑλλάδος ἄλθον
εἰς τὴν χεῖρην ἡμῶν θραύκος, ἄλλο μετ' εὐμόλπε δὲ ποσειδάων
σὺ θηκεῖ δὲ μετ' ἀμαζόνων τῶν ἀρεῶν θυγατέρων. ἢ καὶ τὸν ἀντὶν
χρόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκώτεροι τῆς εὐρώπης ἐπήρχον μισήτες
ἄλλο ἀπαν τῶν Ἑλλήνων γένου. &c. Demosthenes etiam επι-
τεθίω. Καὶ ἦ τὸν ἀμαζόνων στρατὸν ἐλθόντα ἐπέστησαν
εὐτῶς, ὡς ἐξὸν φησίδου ἐπιβλέει. Commiserant autem
Amazones sua signa, quo Isoerates digitum intendit
juxta

juxta Pnycem. Erat autem Pnyx locus juxta ipsam Atheniensium arcem priscâ simplicitate exstructus, nullam Theatri magnificentiam referens. Pollux lib. IX. cap. X. Πύξ δὲ ἦν χωρίον πρὸς τὴν ἀκρόπολιν, κατεσκαδασμίον· κατὰ παλαιὰν ἀπόλοιται οὐκ εἰς ἴστας πάλυθα γμοσίων. Plutarchus in Theseo loquens de Amazonibus hunc locum indigitat, οὐδ' ἦν ἐν ἧσει καταστρατοπόδησαν, οὐδὲ τὴν μέγην συνήψαν ἐν χειρὶ περὶ τὴν Πύκα καὶ τὸ Μυσεῖον. Honorificus item locus Athenis erat juxta Chalcedontis herois fanum, ubi sepulcra eorum erant qui in praelio contra Amazonas ceciderant, *Piraica* appellata; quia nimirum per illam Piræum iretur. Plutarchus Theseo. Μαχέων δὲ πρὸς τὴν τῶν Ἀθηναίων δὴ Μυσεῖα ταῖς Ἀμαζόνια συμπύοντας, καὶ τὰ φερε τῶν περὶ τῶν ἀπὸ τῶν πλατείων εἶναι τὴν φέρουσαν ἐπὶ τῶν πύλων, παρὰ τὸ χαλκῶδοντ' ἔρπον, ἀς νῦν Πειρηκίαις ὀνομάζονται.

V. 134. SEMIANIMEM PATRIUS QUAM VEXERIT AMNIS IN ÆQUOR) Ægæum mare intelligit, in quo Ægæa Amazonum regina periit. Festus: *Ægeum mare appellatur, quod crebra in eo sint insula, ut procul adspicientibus species caprarum videantur. sive quod in eo Ægæa Amazonum regina perierit, sive quod in eo Ægeus Thesei pater se precipitaverit. Aliam Amazonum Regnam facit Apollon.* v. 1001.

V. 135. QUÆ PELTA LATUS ATQUE HUMEROS NUDATA PHARETRIS) Pelta scutum breve est dicente Festo Formam ejus describit Xenophon apud Iulium Pollucem lib. I. Onom. c. 10. §. 6. πέλτα Ἀμαζονική ὡς φησὶ Ξενοφῶν παρεόικνυτο κατ' ἑπιπύλον. i. e. Hederæ folio similis est. Quæ verba transcribit Cælius Rhodiginus lib. X. c. 4. Plin. lib. XII. v. 5. *Foliorum (sive Indica) similitudo, pelle Amazonica effigiem habet.* Lictarius autem Placid. lib. V. Stat. Theb. *Scuta Amazonum*

num quas pelias appellant, in modum Luna formatae sunt. Claud. II. de raptu.

*Qualis Amaz. onidum peltis exultat ademias
Pulchra cohors,*

Frustra nimis -- Criticus Scalig. restituit:

*Qualis Amaz. onidum positis agit agmina peltis
Pulchra cohors.*

Stat. lib. V. Silv. I.

Vellet Amaz. onia latus intercludere pelia.

v. 139. QUO BALTEUS ARSERIT ABRU) Solabant olim Veteres in militiam ituri baltheum gestare, inq; eo alligare enses. Virgil. Æn. XII.

----- humero cum baltheus alto

Apparet.

Et libro Nono:

*Sic ait illacrymans, humero simul exiit enses
Auratum, mirâ quem fecerat arte Lycæon.*

Gnostus, atq; habilem vaginâ aptarat eburnâ.

Homeri Scholiastes Iliad. γ. Τὰς ἀσπίδας Ἀλκί τελαμώνιο ἐφόρει, ὡς καὶ τὰ ξίφη. Philostratus junior in Imaginibus Μαχαιρὰς δὲ τῶν χειρῶν (legunt alii πλοῦρον) ἐξήθηται χρυσῆς, ἀργυρῶν τελαμώνιο κατέχονταν αὐτῆς. Cited humerum autem baltheum istum gestabant. Hesiodus ἀσπίδι.

Ὀμοίωσι δὲ μιν ἀμφὶ μελάνδετον ἄορ ἔκειτο.

Κάλχεον οἱ τελαμώνιο.

Hum etiam Dilimnitarum morem narrat Agathias lib. III. Εὐσέστε ἢ ἐπιφείροισι καὶ σαρείοις, καὶ ξίφος ἀκρεμῆς ἀπὸ τῶν ἰσθμῶν.

v. 140. NOCTE SUB EXTREMA CLAUSIS
TELLURIS AB ANTRIS) Apollonius idem habet sed
Y 1002.

----- ἡμαρ δ' ἄλλο

Νεκρὴ ἐπιπλομένη χαλύβειν παρὰ γαίαν ἴκοντο.

Interferit autem nonnulla à Flaccianis diversa de Amazonibus à v. 962. ad v. 1001.

v. 147. INDE GENETÆI RUPES JOVIS)
Lego cum Angelo Politiano hunc versum.:

Inde Genetæi rupem Jovis, hinc Tibarenum.

Ut sensus sit: post Chalybas, promontorium Genetæi Jovis dant post terga, hoc est præternavigant, tum virides lacus Tibarenorum. Malim autem, hunc versum ita scribi quia Tibarenorum meminit Apollonius v. 1011.

Τὸς δὲ μετ' αὐτῆς ἔπειτα Ἰουδαίου διὸς ἀκρῆν

Γράμψαντες, σῶντα παρὲς πῶα ρηίδα γαίαν.

Distum autem Genetæum promontorium à Genete fluvio in quo templum fuit Jovis hospitalis quod & Apollonius innuit, *Virides vere lacus* eleganter dixit Valerius ob pascua. Orpheus etiam Tibarenos statim post Chalybas nominat, quos Tibarnos appellat Strabo, Mela lib. I. cap. XXI. *Tybarenî inquit Chalybas attingunt quibus in risu lusuq; omne bonum est.* Hæc Politiani opinionem eleganter confirmant. Sed si Tibarnos cum Strabone legentes (more Poetis non inusitato ut vocalem subtrahant) pro Timavos legeremus: *Inde Tibarnos.* Certè versui sua constaret elegantia, quem aliàs superiori lectione depravari necesse est. Et video inclinare in eam sententiam Politissimum Juvvenem Christoph. Bulzæum.

v. 148. UBI DESIDE MITRÂ FETA LIGAT
PARTUQUE VIRUM FOVET IPSA SOLUTO) MOS
Tibarenorum, quem Poeta attingit ab Apollonio sic describitur. v. 1012.

Ενδ' ἐπει ἄρ κε τέκων) ὑπ' ἀνδράσι τέκνα γυναικες

Αυτοὶ μὲν τεύχεσσιν ἐνὶ λεχέεσσι πίνοντες

Κοίλας δὲ θησάδμοι ἄιδ' εὐκομέουσιν ἔδωδῃ

Ανέρας, ἠδὲ λαστῶν λεχάια τίσι πένοντι.

Est autem hic: In mœre illis positum fuit (teste etiam Nyme

Nymphodoro) ut cum uxores enixæ fuissent, in illorum loco mariti, tanquam puerperæ accuratissime curarentur. Scholiastes: ἐν δὲ τῇ τῶν πῶρηνων γῆ αἱ γυναῖκες ὅταν περῶσι, τημελῶσι τὰς ἀνδρας ὡς πρὸς λεχῆς. ἕς ἱσθμὸν ὁ Νυμφόδορος ἐν ταῖς νόμοισι. Consule Cælium Rhodig. lib. XXX. c. 30. & Centur. I. Joan. Hartungi, capite ditibus.

V. 151. MOSSONYCHI VOS ET STABILIS MACRONES) Cur Mossonychi? cum Apollonius habet Μοσσόνιοι v. 1018?

Ἦ ἐν Μοσσόνιοις αἱ οὐρεα ταυπέκων
Μοσσόνιας.

Carrio veteris cuiusdam codicis auctoritate excusatum verbo Mossynni, quod & à Melà ita usurpatum dicitur. Consulat ejus scholia Lector. Quem autem versum Græcum cum Jac. Mycillo allegat, nuspian me me mini legere. Certè non apud Apollonium, cujus ille hunc putat. *Macrones* ponuntur pro *Idagrones*: ut Lyurgus pro Lycurgus idq; ob adfinitatem literarum C. & G. quod pulchrè Carrio deducit, aliàs harum delictorum non adeo curiosus. Vide de his Populis Strabonem. Stephanus Tibarensis proximos Mossynæcos & Chalybes facit. Ammianus post Tibarenses, Chalybes, Bizares & Sapyres & Mossynæcos & *Macrones* & *Philyres* ponit.

V. 152. BYCERESQUE VAGI PHILYRÆQUE à NOMINE DICTA) *Bizeres* legendum non *Bybars* vel *Bizaros*. Sic enim Apoll. lib. II. v. 397.

ἐξείης δὲ στάπερας ἐπὶ σφίσι νεατάουσι

Βιζήρες δ' ἐπὶ ταῖσι ὁμώλωνες. Confer etiam v. 124. *Philyres* populi his vicini à Geographis constituuntur, item ab Apollonio v. 394. lib. II.

Νήσοι δὲ ἀσπύρωσι καὶ ὑπέροιο περὶ αἰὶς
Φιρβονταὶ Φίλυρες.

De quibus Scholiastes; Μετὰ δὲ τῶν νήσων καὶ τῶν περὶ αἰὶς

ἡδὲ γῆν οἰκίσιν οἱ Φίλυρες, ὑπερῷ αἴτω δὲ τῶν Φαλύρων καὶ ἰμ-
 ωσευθεν εἰσιν οἱ μάρκρονες, ἔθνη σκυθηκῶν ἄπαικον τῶν εὐβο-
 ῶν· ἢ ἢ εὐβοῖα καὶ μάρκρονες, ἐκαλεῖτο Διὸς τῶν Ἰσίων. Τῆς δὲ
 γῆος τῆς Ἀρηπιάδος ἐμπεσευθεν καὶ τῆς κτὶ τὸ εὐνοπίον γῆς οἰ-
 κῆσι Φίλυρες οἱ ἐκλήθησαν διὰ Φιλύρας τῆς ὠκεανῶς θυγα-
 τρός, καμειτῆς δὲ κέρων, μητρός δὲ χείρων· οὐταύτη Διὸς τε-
 τῆσσι, Atq; hinc Valerii sequentem versum licet
 intelligeret:

Littora quæ cornu pepulit Saturnus equino.

Fuit enim Philyra filia Oceani, uxor Saturni, mater
 Chironis. Fabula autem quam Noster tangit ab Apollonio fufius exponitur. Cum enim Saturnus Philyræ amicæ commixtus fuisset, decepta conjuge: Diva furtum deprehendens statim addidit. Ille leclo surgens in Equum se transformavit. Virgo autem Oceanis Philyra terram illam relinquens Thesaliæ montes petiit, ubi Chironæ peperit horrendum mon- strum cujus altera pars Equum, altera Deum referebat. Verba Apollonii vide vers. 1236. lib. II. Cæterum non possum hic non meminisse celeberrimæ Phyliræ, quam ego matrem meam appellare soleo ob amplissima beneficia, quibus me & cives & præceptores ejus loci uberrimè adfecerunt: alteram illam in quâ me juvenis sustentabam verè pro novercâ reputans. Dicitur ita *Academia Lipsica sub Electore Saxonico, cuius etiam* subinde sciscitatus sum, nec sufficientem rationem inveni nisi quod ibi Tiliæ tum olim fuisse (imo etiam nunc prope urbem esse) reperio. Phylira enim (priorè literâ pery) tiliam significat. Unde & locus amœnissimus & Academiæ aptissimus. De hac Academia verè dixerim, eam ut reliquis omnibus in Germaniâ vetustiore: ita legibus & Statutis, civitate etiam incolarum, venustiore esse, dignamq; quæ ob
 id

id cum primis admetur. Ego me omnia illi mea debere ingenuè fateor.

v. 154. SEVUMQUE CUBILE PROMETHEI CERNITUR) quæ de Prometheo & ejus per Herculem liberatione supra lib. IV. v. 66. diximus, adi & confer. Per sequentia verba moribunda *Alitis* Aquilam intelligit. Eadem habet Apollonius lib. II. v. 1253.

v. 178. CŒPERAT OPTATOS JAM LUX OSTENDERE COLCHOS) Pervenere jam tandem Minyx ad optatum locum, regnum Colchorum de quo Apollon. lib. II. sub finem agit v. 1264.

Ἐνὸς τοι δ' Ἀργείο ἀλ' ἠμοσύνησιν ἰκόντο

Φέσιντ' εὐρύσσοντα, καὶ ἐχάλα πείσασα πόντον.

Sed quæ hic Apollonius a versu 1031. ad vers. dictum 1264. de avibus Strymthalidibus earumq; cum Minyis pugna interferta habet, item de quatuor Phryxi Regis natis, naufragium passis & ab Iasone in navis collectum adscitis; de his omnibus Valerius nihil tangit, nisi quod paulò infra aliquid de Phryxi natis addat.

v. 179. MAGNUS VBI ADVERSVM SPUMAN-
TI PHASIS ORE RUIT) Egregiè dicitur *Spumanti ore*, Hoc enim & in vulgus nautarem nimisquam notum, quod ubi duo maria concurrunt turbæ vel vortex aliquis navigationem periculofam faciat, ut magna vi Nautæ interdum ea loca transmittere cogantur, etiam si flumina alias sint placidissima. Et quid hoc aliud est quàm quod Apollonius dixit v. 1269.

ἔν τῳ ὁ πόντος

Καχλάζων ὑπέτεκεν. id est:

Et stridens retro fugit amnis in undis.

Ubi idem os fluvij hujus sonorum facit. Fuisse aliàs Phasin flumen placidum, nec violenti cursus libenter largimur Jac. Nicolao Loensi, qui ob hoc verbum *stridre* acceptum, Valerium exagitare non dubitat. Nam

Nam de ore noster loquitur, non de toto mari. Oritur autem Phasis ex Moschorum montibus si Plinio & Solino credimus. Magnitudo ejus ex Plinij verbis concipitur. Navigatur Phasis, inquit, quamlibet magnis navigiis XXXVIII, M. D. P. inde minoribus longo spacio pontibus CXX pervius, opida in ripis habuit complura; celeberrimum Tyritacem, Cycnum, & in fascibus Phasin, maximè autem inolaruit Ætæ XV, M. D. à mare, ubi Hippius & Cyanos vasti amnes è diverso in eum conflunt. Nunc habet Surium tantum & ipsum ab amne influente cognominatum, usquequo maximè magnarum navium esse capacem diximus. Et alios accipit fluvios magnitudine numerosq; numerabiles, inter quos Glaucum, in ora eius insula sine nominæ: Abest Absaro LXXV. mil. P. Inde aliud flumen Charien. Hactenus Plin. Strabo contra dicit Phasin ortum ex Armenia ducere, qui per angustias Colchorum labens CXX pontibus pertransitur qui propter flexiones asper ac violentus in Colchidem defertur convulsus torrentibus multo imbro adactis. (Quo quid clarius dies potuit) Is ex imminentibus montibus ductus mistis sentibus impletur, ac postquam in campos venit, alia in se recipit flumina, è quibus est Glaucus & Hippius. Auctus vero & navigabilis factus exit in Pontum. Secus eum urbs inacet ejusdem nominis & lacus non procul. Urbs ipsa Colchorum emporium est, quod alia ex parte amne præcingitur, alia lacu. alia mari. Fuit autem Phasis, Colchi, ejus qui regioni nomen dedit pater, ut ait Eustathius: regio autem locorum illi adiacentium, ut Diodoro & alijs placet Phasiane vocatur. ab hac & Phasiani dicuntur aves, quoniam ea regio ijs plurimum abundat. Eæ aves Phasides Hieronymo subinde vocantur. Est & Phasiane Dea indigenis, de qua pluribus Arthianus in Pontica periplo.

v. 179. MAGNUS UBI ADVERSUM PHASIS
IN ÆQUOR ORE RUIT) Magnum vocat quem Apollon,
ἐὺρρῆς ὄρε. v. 1264.

Εννύχισι δ' ἄρρησι ἀλημοσυνησὶν ἵκοντο
Φάσιον εὐρυπέτοντα id est latissimum.

Et postea .

ὡκα δ' ἐρετύσις

Εισέλευσαν ποταμοῖς μέγαν ῥέοντα

Orpheus ita hunc fluvium describit in Argonaukē

Ἴκτο δ' ὑπὸ πνοιῆς ἀνέμῳ πλησιῆσθε ἄρρα
Ὀρφῶν ἐρχομένης ἢς ἐπ' ἀπειρήνια κέσμον,
ἕσπερ' ἐπ' ἀξείνῃς φάσιν κατὰ καθιρέσθρον
Αγκῶν δ' ἀνὰ πύργῳ φάσμαθ' ἐπέσθι
Αἰθέρα τε σιλλεῖν καὶ ἐπ' ἵκελον αὐτὴ χαλάσασθαι
ἴσαν ἀνακλίνας τε ὑπ' εἰρεσίῃ δὲ νέσθαι
Αὐτὰρ ἐπὶ ποταμοῖο Δῖο σέμα πηῆσαι ῥέοντα
Ἰκόμεθ'.

Aliam descriptionem Arrhianus habet in Ponticā Πέ-
riplo nō auritus modo sed & oculatus testis, cujus ver-
ba Græca nō adscribo, ne Typothesis nimium negotii fa-
ciā satis aliās morosis. Latina sunt; Nonaginta stadia ad
Mogrum sunt & Isium. Et hic etiam est navium capax,
indeq; in Phasim navigio delati sumus, distantem à Mogro
nonaginta stadiis. Omnium autem fluminum quæ novi,
hoc levissimam aquam præbet, colore maximè peregrino seu
ab aliis variante aquis. Levitatem autem ejus velut libra-
mento quis facile coniectaveris ex hoc, quod supernatet ma-
rina aqua, neq; illi admisceatur. Quemadmodum Titare-
sum Homerus fuisse in Peneum amnem desuper, quasi ole-
um quod si quis intingat in superficie fluentem, dulcem in-
quam sursum trahet, sin vero in profundum urnam demi-
miserit salisam; & certe universum Ponticum dulcioris est
aqua, quam exterius est mare. Cujus quidem rei causa est
hæc, quod circa hoc mare tot flumina sunt in illud decurren-
tia, ut neq; multitudine neq; magnitudine sint mensura-
dilia. Signum autem dulcedinis ejus est quod maris accolæ
pecora sua omnia ad id aquatum deducunt, quæ ex eo bi-
bunt.

vinum: videntur autem ex eo bibere suaviter salubrioremque
 omnem iis & potum, magisq; proficuum quam si penitus
 dulci aqua uterentur. Color autem Phasidi est tanquam si
 stagno aut plumbo rincta esset eius aqua. Si quando autem
 consistit purissima limpidiissimaq; fit. Statuum quoq; est,
 ne quis navigantium cum navim intrant aliam aquam
 inferat: sed quando in eum intrant tunc in fluentem iuben-
 tur eam quam habent in suis navigiis effundere. Quod si
 hoc neglexerint non feliciter navigabunt. Aqua autem
 Phasidos non putrescit, sed manet incorrupta & sincera
 ultra X. annos, imo in dulciorem potius saporem commuta-
 tur. Hæc ille. Per Aequor autem Valerius Pontum
 Euxinum intelligit.

V. 183. ALIPEDUM JUNO JUGA SISTIT E-
 QUORUM) Equorum nomine aliquando nuncupari
 solent naves maxime à Poetis. Euripidis Scholiastes
 Phantiss: Ἰσπεύειν αἱ νῆες δοκῶσι ὄχηματῶν πτόπον.
 Pherbutus, Ἰσπεύειν δὲ (ὁ Πασειδῶν λέγεται) πᾶσα ἀπὸ τῆς
 πικρίας τῆς θαλάττης ὄδον εἶναι, καὶ τῶν ἰσπεύειν ἡμῶν
 ταῖς νηυσὶ χρωδῶν. Eadem de causâ ναυόχημα ἰσπεύειν
 Sophocles in Electra dixit: Inde apud Plautum Rud.
 act. 1.

Nempè equo ligneo per vias caruleas

Estis vecto.

Hinc ναυόχημα ὄχηματε Æschylus

αἰσῶν. δεσῶν. θαλασσοπλάγχε δ' ἐπὶ ἀλλῶν ἀντ' εἰς
 λιτότερ' εὐρε ναυόχημα ὄχηματε. Theodoretus ὄχημα
 ναυόχημα dixit de Provid. Dei Orat. IV. Τὴν τῶν πτόπων
 τοῖς ὕδασι τῆς εἰσεγγῆς ἀπὸ τυχίσεως, ὄχημα θαλάττης τὸ σκῆ-
 φῶν ἀπὸ φηγε. Augustinus vertit vehicula marina de
 Doctr. Christ. lib I cap. IV.

V. 185. FLUMINA COGNATI MEDIO VIDET
 AGGERE PHRYXI) Jason cognatum sibi vocat Phry-
 xum, à quo quatuor Juyenes progeniti ab eodem loci
 navigationis adsciti sunt ut ex Apollonio supra quoq;
 in dicit.

indicavimus. Caterum de consanguinitate Phrygi
ita Apoll. v. 1162.

αὐτὰρ ἰσῶν
Ἐξαΐτις κ' ἠμείραν ἀμείψατο τοῖς δ' ἐπίεσιν
Ἡ' ἄρα δὴ γῆρωτοὶ πατρίοι ἀμμιν εἶοτες. Et mox:
Κρηθεὺς ἦδ' Ἀθάμας τε κασιγνητοὶ γαράσσῃ
Κρητῆ^ϕ δ' ἠγῶνος ἐγῶ. σὺν τοῖσι δ' ἐταίροις
Ἐλάδ^ϕ ἐξ αὐτῆς νέου ἐς πόλιν αἰήτω.

v. 198, TUMULO NE QUID QUAM CONDITA
INANI) solebant veteres olim Cenotaphia in hono-
rem magnorum virorum erigere ad quæ memoriam
eorum recolabant. Callimachus Epigr. 22.

— εἰ ἄλι πε φέρεται νέκος, ἀντὶ δ' εἰσίνε
Οὔνομα κ' ἡ κενὸν σῶμα παρερχόμεθα.

Agathias.

Καὶ λί τοιμα παρὰ θῆτις, φίλω κατέλεξον ἀκοίτη
σοῦ' ἂν ἐμὴν λούσεις πατρίδα δεπυλίην,
Κάτθανε σὴ παρὰ κοίτις, ἔχει δέ μιν ἐν χροῖτι δ' ἀμ^ϕ
Αἰ αἰ, βοασορέης ἐχθρὸν ἠῖόν^ϕ,
Ἀλλὰ μοι αὐτὸ τι τὴν χεῖρ κενήλιον ἐχθρὸν σῶ,
ἔφ' ἀναμνήσῃ τῆς ποτὲ κεραδῆς.

Xenophon Expeditionis Cyri lib. VI. εἰς δὲ τὴν εἰ
τῶν ὁδῶν σωσεγόντες ἔταψαν εἰ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἰδι-
ωνοτο κάλλιστ' ἔς δὲ μὴ δ' ἐρπικονενοτάριον αὐτοῖς ἰππῆται
μέγιστ', καὶ πυρρὸν μεγάλιστ', καὶ σεφάνους ἐπέθεσαν. Papin.,
Thebaid. lib. XII,

Quin fugitis dum tuta via est, Lernamq; re-
verse

Nomina, quod superest vacuis datis orba se-
pulchris

Absentesq; animas ad inania busta vocatis?

Ovidius Metam. XI.

Et sæpè in tumulis sine corpore nomina legi.

Virgil. lib. III.

Solem

*Solemnes tum forte dapes & tristia dona
Libabat cineri Andromache, manesq; vocabat
Hectoreum ad tumulum viridi quem cespite
inane.*

Et geminis causam lacrumis sacraverat aras.

Suetonius in vitis Cæsarem Honorarium tumulum vocat. lib. V. c. I. Caterum exercitus honorarium ei tumulum excitavit, circa quem deinceps statim die quotannis miles decurreret Galliarumq; civitates publice supplicarent.

v. 204. FECUNDI PROLES JOVIS ORTE NIVALI ARCADOS AXE) Phasin intelligit ex Armenia ortum trahentem, ut supra ex Strabone declaravimus. Eleganter autem *prolem Jovis* vocat: quia talem attributionem Homerus & alij fluvij, & perenniibus & torrentibus plerumq; addunt, *διπρῆτις* vocantes. Grammatici quidem in jugibus & torrentibus aquis celestibus incrementes interpretantur, præterquam in Nilo quâ neq; ningit, neq; pluit. Palladium vero ratem v. 206. vocat ejus Pallas tutelam gerebat, ut supra indicavimus, & Noster meminit v. 183.

v. 209. ET PATER AURATO QUANTUS IACE T INACHUS ANIRO) Poëta magnos fluvios *Patres* vocant, velut aliorum parentes idq; honoris causâ ut nonnulli censent: Turcibus ut Deos sic appellari æstimat. Euripides in Hecubâ: *Εἴθε τὸν κρείττονα ὀδύσσῃ πατὴρα Φαόνι Ανιδάων πῆλῃ Λικαίειν.*

v. 210. ATQUE ILLI DEXTRA SINE VERSA MAGISTRI PROTENUS IN PRORAM REDIT RATTIS) Nautæ ad litus aliquod appellentes navim in proram convertebant: non solum ut ad reditum, aut aliam navigationem parati essent, verum etiam id sibi omniantes. Virgil. lib. VI. *Aeneid.*

Obvertunt pelago proras ----

Nam longius erant progressuri ad agrum scil. Laurentem.

v. 217. INCIPIT NUNC ALIOS CANTUS DE A) Ab hoc loco Apollonius terrū librum incipit statim commemorans quid Iafon tūm blandis dictis, tūm deinde vi apūd Regem Colchorum de aureo vellere tentarit, & quomodo Medea filia regia, amore Iafonis exarferit viamq; per artem Magicam ad aureum vellus aperuerit. Quod autem Noster de ariete phryxi addit & quomodo vellus hoc in regnum Colchorum pervenerit, Apollonius narrat lib. II. v.

Αιολίδην Φειζον τὴν ἀφ' ἑλλάδος αἶαν κίεσθ
 Ατρεκέως δοκίω πρ, ἀκκέτε κη πάρε αὐτῶ
 Φειζον, ὅπρ πτολίεθρον ἀνήλυθεν αἰήταο
 Κεῖν ἐπιμυθεοῖς τὴν ῥα χεῦσειον ἔθηκεν
 Ἑρμείας, κῶας ᾗ κη εἰσέτι νῦν κεν ἰδοιόθε,
 Πρωτομῆνον λαοσίαισιν ἐπὶ δρυὸς ἀκρεμόνεοσι.
 Τὸν μὲν ἔπειτ' ἔρραζετ' εἰς κωθημοσύνησιν
 Φυξίω κη πάντων κρογίδη δῖι &c. Sequentē versu
 Da idem est quod Nuncia.

v. 230. ARDENTI QUERCUM COMPLEXA METALLO) de ariete ait seu aureo vellere, de quercu suspenso. Apollon. lib. II. v. 1147.

Ἑρμείας, κῶας δὲ κη εἰσέτι νῦν κεν ἰδοιόθε
 Πρωτομῆνον λαοσίαισιν ἐπὶ δρυὸς ἀκρεμόνεοσι.

v. 231. SOCERUMQUE EXTERRUIT INGENS) Intelligit per socerum Regem Colchorum Asten, qui Phryxo exuli Chalciopen in matrimonium dederat, cuius apud Apollonium mentio v. 1153.

Αἰήτης μεγάρων, κέρως τέ οι ἐχθυάλιζε
 χαλκιοπην ἀνάεδνον εὐφροσύνησιν νόοιο.
 traduntur autem apud eundem Phryxi & Chalciopen
 4. filii, Argus, Phrontis, Melas, Cytisorus.

v. 239. MEDEA CHOROS) Medea filia Axts regis Colchorum, Iafonis amore exardens, cum de au-

v. 245. Solem in
 unde Noster
 Quod
 Hac tibi f
 Omnium
 et ille Hom
 v. 251. E
 jubebant Deo
 Ita; in bellu
 apud Plautum
 cide egred. Se
 rans dicit: Tu
 v. 251. Pa
 JONENT) Ex
 tunc exarille
 mer; sub Vesp
 pagin quod do
 Marcius
 Campu.
 Juvialis r
 cupia. v.
 Nostmag
 Marci
 Falcon,
 v. 251. E
 Pellicula

reo vellere patrem sollicitaret, ejus Nuptias clam patre petiit, Jasonemq; arte Magicâ exarmatum ad rapiendum aureum vellus instruxit, de qua in sequentibus uberius. Hoc Apollon, ab initio lib. III. narrat.

V. 245. EOO SURGENTES LITTORE CURRUS) Solem intelligit, quem patrium vocat rex Aetres, unde Noster superius v. 223. hunc Soligenam vocavit. Quod autem v. seq. dicit

Hæc tibi fatorum genitor tutela meorum

Omnituens.

ex illo Homeri est ubi dicit: *ἥλιος ὅς πάντ' ἐφέγγυς.*

V. 251. EXCUBIAS GRADIVE TENE) Vigilare jubebant Deos quando opem illorum implorabant. Itaq; in bellum ituri dicebant Marti: *Mars vigila.* & apud Plautum in Curculione. scenâ, cujus init: *Placidè egred. Servus qui vapulat fidem Veneris implorans dicit: Tuam fidem, Venus, noctu vigila.*

V. 251. PRÆSENTIA LUCC ARMA TUBEQUE SONENT) Æmulationis Zelo Juvenalem in Poetam hunc exarxisse superius notavi. Erant enim *σὺν ἄλλοις*, uterq; sub Vespasiano. Ideoq; cum noster de luco Martis agit quod & lib. VII. factum v. 62.

*Martius ante urbē longis jacet horridus annis
Campus.*

Juvenalis repetitione illa excandescens ita nostrum exagitat. v.

*Nota magis nulli domus est sua, quā mihi lucus
Martis & Aëliis vicinum rupibus antrum
Vulcani, quid agant venti quas torqueat umbras*

*Eacus, unde alius furtive devehat aurum
Pellicula, quantas jaculetur Morychus ornos.*

Quo quid clarius in Valerium dici potuisset?

v. 264. NEC VULGI CURA TYRANNO DUM-
MODO SIT. Nimis quam verè à Valerio dictum. Prin-
cipibus enim subditi interdum aliorum capita sunt,
non homines ad imaginem divinam conditi. Ideòq;
de capite, de bonis deq; salute ipsorum ludis fit, dum-
modo libidinem dominandi expleant & fines suos ex-
tendant. Hinc funestæ illæ & plusquam Tragicæ ma-
chinationes bellicæ, quas Germania tota (eheul!) in-
timis visceribus huc usq; nutrit, nec plenè adhuc dum
evomit. Plato prudenter de legib. 5. Polit. 2. felicem
ac beatam fore civitatem ait, in quâ non audirentur
hæc verba MEUM & TUUM. Utinam in Germania
ubiq; extirparentur! Thucyd. lib. 6. Tyrannus nihil
inconveniens putat, dummodo sua id serviat libidini. Sa-
piens in Proverbijis c. 16. Ira Principum est quasi rucius
Leonis & nuncius mortis. Quemadmodum enim cer-
tantibus ventis mare concutitur, sic Regibus sibi ad-
versantibus populus regni concidit. Seneca bene lib.
III. Nat. Quest. Non classibus maria compleffe, nec in ri-
bri maris litore signa posuisse, nec deficiente terrâ ad iniurias
aliorum errasse in Oceano, ignota quarentem: Sed animo
omne vidisse, & quâ nulla est major victoria, vitia domi-
isse. Innumerabiles sunt, qui urbes qui populos habere in
potestate, nemo qui seipsum. Detestemur igitur bellum,
Erinnyn illam Sophocleam πολυχειρα, πολυπεντα-
κόντη, Pace vivunt leges, excoluntur mores, transtan-
tur artes, paratur victus.

Procul hinc procul omnia

Faceffant prælia,

Quies & pax inclytæ

Salus & mens conscia

Sua jam tabernacula.

Ponant in Germania.

v.275. DATUS ET SOCIIS UTRINQUE CRE-
 MANDIS ILLE DIES) Cur veteres cadavera com-
 burere consueverint Quintilianus docet Declam. X.
*Vanâ ergo sapientes persuasione frustrati, qui constare ho-
 mines & perfici corporis alimentis animaq; dixerunt, corpus
 caducum, fragile, terrenum, ut sicca humidis, calida frigi-
 dis, resolutis adstricta pugnarent, partim aut doloribus
 adfoci, aut novissimis annis & senectute dissolvi. Animam
 vero flammæ vigoris impetum perennitatemq; non ex no-
 stro igne sumentem sed quo sidera volant, & quo sacri tor-
 quentur axes, inde venire, unde rerum omnium auctorem
 parentemq; spiritum ducimus, nec interire, nec solvi, nec
 ullo mortalitatis adfoci fato: sed quoties humani pectoris
 carcerem effregerit, & exonerata membris mortalibus leuè
 se igne lustrauerit, petere sedes intor astra.* Homeri Scho-
 liastes Iliad. α. Τὸ παλαιὸν πρὸ σώματι τῶν θνησόντων
 αἰὲς ἔργον ἐποιεῖτο Διὸς τὸ ἀπείρατον γένος. εἰδ' ἔργον ἐποι-
 εῖτο ὑπὸ γῆν.

v.280. AT JUNO ET SUMMI VIRGO JOVIS
 INTIMA SECUM CONSILIA) Consilium hoc Pal-
 ladis & Junonis etiam Apollonius introducit lib.
 III. v.7.

αι δ' ἐνόησαν
 Ἦεν Ἀθηναίητε, διὸς δ' αὐτοῖσιν καὶ ἄλλων
 Ἀθηναίων δῶπλός φησι θεῶν Ἰαλαμόνδε κίβισσαι
 Βάλδον πύραυλός δ' Ἀθηναίην πάρος ἦρη ἔσθ.

v.295. JACTATAM TANDEM NOSTRO COM-
 PONERE CÆLO) Argo navis inter sidera relata est:
 ideoq; Noster lib. I. v.4.

*Fatidicamq; ratem: Scythici quæ Phasidis oras
 Ausa sequi, mediosq; inter juga concita cursus
 Rumpere, flammifero tandem confedit O-
 lympo.*

v. 304. *QUALITER EX ALTA CUM JUPITER ARCE CORUSCAT*) Jupiter ipse tempestatem Potentis notat: Claudianus:

----- nimboq; minacem
Sanguineo rubuisse Jovem.

Horatius.

*Quod latus mundi nebula malusq;
Jupiter urget.*

Unde ridiculus apud veteres versus bibaculi cujusdam:

*Jupiter hybernas canã nive conspuit Alpes.
In Alexi carminibus perpaucis & laceris etiam hoc habetur:*

*ὕψις ἰδὲ Ζῆτος, ἐν δ' ἀεγρῶ μέγας
χρησίων.*

Ratio appellationis est quod ætheri concipiendi generandi nutriendiq; omnia, vis insit. Virgil:

Tum pater omnipotens fecundis imbribus æther

*Conjugis in gremium læta descendit, & omnes
Magnus alit magno permistus corpore fetus.*
Horatius: lib. I. Carm. Od. I.

----- manet sub Jove frigida
Venator tenera conjugis immemor.

Calpurnius lib. Eleg. V.

Dum peragit vernum Jovis inconstantia tempus.

Ennius:

*Isthic est is Jupiter, quem dico, quem Græci
vocat*

*Aerem, qui ventus est, & nubes, imber postea,
Atq; ex umbre frigus, Ventus post sic aer denno.*

Ubi fere *μυθολογεί* totum hoc de Jove aereo negotium.
 Marcialis lib. VII. Epigr. XXXV.

*Cum pluvias madidumq; Jovem perferre ne-
 quiret*

Et rudis hibernis villa nataret aquis.

V. 307 AUT SANGUINEI MAGNA OSTIA
 BELLI) Jani templum intelligit, quod pacis tempore
 claudi, belli autem aperiri solebat. De quo infiniti
 Poëta. Horat. lib. IV. Od. ult.

Janum Quirini clausit.

Et lib. II. Ep. I.

--- --- totum confecta duella per orbem

Claustraq; custodem pacis cohibentia Janum)
 Templum autem illud *Duo ostia* vel binas fores habe-
 bat, ut & ipsa Jani statua biformis erat. Blondus. I. de
 Româ triumphante; seu quod per *Ianum mundum* signi-
 ficarent, *cujus due principua partes Oriens, Occidens, sive*
quod in bellum proficiscens de reditu aut reducendo exercitus
salvo cogitare debet. Stat. V. Theb. *Iunatumq; putes a-*
gmen descendere, ubi arma Indulget pater & sacri mores
ostia belli. vers. seq. *per altos duris fatorum gentibus ortus;*
vetera fatorum initia accipe repetendumq;:

Jupiter movet.

V. 313 VERSUS AD ORA VIRUM) Consilium
 Jafonis describit de adeundo Rege Colehorum, quod
 idem Apollonius narrat. lib. III. v. 169.

Αὐτὸς δ' Ἀσσονίδης μεταφάνειν (αἰ δ' ὑπάρκων

Ἡρώα ἢ δι' χάριν ἐπιχρῶσθαι εἰδείαντες)

Ὡ φίλοι ἤτοι ἔγω γὰρ, ὁ μοι ἐπαυδάνει αὐτῶν

Ἐξέρω. Ἐ δ' ὄμμα τέλει κρηνηνυτοίαν. Ἐπ.

V. 327 INDE VIAM QUA CIRCEI PLAGA PRO-
 XIMA CAMPI) De Circe veneficarum principe hoc
 sciendum. Communis opinio ex Hesiodo obrinuit,
 eam fuisse filiam Solis & Persæ, ac sororem Aëtæ.

¶

Qua

Quandam filiam *Aëtae* describit ipse Apollonius. Dionysius Milesius filiam *Aëtae* ex *Hecate*, quæ *Persei* filia fuit, asserit, ac sororem *Medeæ*. Duos enim *Eëtio* in illis locis fuisse filios tradit, qui illam occuparunt regionem, quorum alter *Aëtes* Colchis & *Mæotibus*, alter *Perseus* scilicet *Tauricæ* imperaverit. *Æta* una ex indigenis in uxorem, ex qua nata illi *Hecate*. Quidam tamen ex *Nympha* quadam ejus regionis natam *Hecatē* traducit, in negotio venationis profusus virilem, ac primam latalium radicum inventricem, *veneficii* & *medicandi* artis peritissimam, & suum ipsius patrem *veneficiis* interfecisse. Hanc deinde in *Colehos* transmissam patruo suo nupsisse scribunt, ex qua *Circen* & *Medeam* genuerit *Aëtes*. Et *Circen* quidem seniore[m] longē matrem suam excelluisse, quæ partim à matre didicerat, partim eaq; plurima & noxia invenerat ipsa. *Medeam* vero juniorē quidem sed sorore non inferiore[m]. Confer cum hoc loco v. 200. Apoll. & Scholiasten ibidem.

v. 335. VISA PAVENS CASTIS HECATES) *Hecate* juxta communem opinionem fuit filia *Persei*, unde ab *Ovid* lib. VII. *Perseis* & à Nostro *Perseia*, ab *Apollonio* *Περσῆς* dicitur. Quidam ex *Jove* genitam adserunt, quidam filiam *Cereris*, unde illud in *Orphicis*.

Καὶ τότε δὴ ἐκάθη δὴν τέκεν ἄπατρειον.

Bacchylides noctis filiam esse tradit: *Museus* *Jovis* & *Asteris*, *Pherecydes* *Aristæi*, cui pater fuerit *Pæon*. Hæc *Scholiastes* *Apollonii* lib. III. ad illum vers. *Ναὶ δὴ τρίτῳι πόρτα θεῶν ἄστῳι, qui est 407.*

v. 345. HINC GRESSIBUS HÆRENS PALLADOS HINC CARÆ PROSERPINA) *Raptum* *Proserpinæ* attingit, factum à *Plutone*, cum *Ceres* Mater domo abesset, cui *Palladem* & *Dianam* comites adjungit. Quod nimis *Criticus* *Jul. Scaliger* VI. *Poet.*

c. 5. reprehendit. Ad sollicitandum inquit Proserpina fatum in futuras Nuptias jussu Jovis agit in Siciliam Venerem, sanè rectè, Palladem addit sane non rectè. Dianam etiam ridiculè: utramq; virginem, hanc etiam Virginitatis vindicem. At ecce contra Scaligerum plerofq; Poetarum Valerio suffragantes. Clarè Aufon. Ep. V.

*Qualis floricomâ quondâ populator in Ætneâ
Virgineas inter choreas Deïodaraptam
Sustulit, emersus Stygijs fornacibus Orcus.*

Stat. II Achill.

--- --- *Qualis Sicula sub rupibus Ætneâ
Najades Ætneas inter Diana, feroxq;
Pallas, & Elysej lucebat sparsa Tyranni.*

Puto ergo summo id factitatum ingenio, ut significant rudes & puellares animos, altarum virginum comitatu facilius deceptum iri, ne doles Veneris malignæ Rapienda perferentisceret. Clarè Cyane ad Cererem lib. III. de raptu.

--- --- --- *Suspectaq; nobis*

*Neforet hinc Phœben comites hinc Pallada
juxxit*

Et de hoc comitatu existimo capiendum Navium II, belli Punici apud Priscian:

Prima incedit Cereris Proserpina puer.

Quippe II. de raptu Claud dixit:

*Quas inter Cereris proles, nunc gloria matris
Nunc dolor, equali tendit per gramina passu.*

v. 342. TALIS ET IN VITTIS) Descriptio Medæ est & similitudinis de Proserpinâ introductæ dicitur. Jovis, cujus *ωὐρανὸν* posuit v. 343.

v. 352. SUBSTITIT ET MÆSTO) Apollonius aliter hæc narrat, Dicit enim juvenem Jasonem à Medæâ

Medea primo visam & adamatam fuisse in Regia partibus Aetæ, cum post adventum Phryxi natorum, filii & hospiti convivium apparatus esset, intra tecta partibus lib. III. v. 275.

Τόφω δ' ἔρας πολισίω δι' ἡρῶν ἴξεν ἄφαιτο.

Τετραχῶς οἶοντε νίκαις ἐπὶ φορβάσιν οἴστρο.

Τέλλεται, ὄντε μύω παθεῖν κλέ. βσι νομῆς. &c.

v. 366. ASTROQUE COMANTES TYNDARIDAS IPSE EGREGIO SUPEREMINET ORE &c.) Græcorum pariter & Latinorum hic mos est uti translatione à siderum præminentia. Sic Plato Philosophus in puerum Altera abs se adamatum apud Apulejum in Apolog.

Ἀστέρης εἶσα, θρεῖς ἀστὴρ ἐμὸς εἶθε χρυσοῖμω

Ουραγὸς, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σε βλέπει.

Theocritus Hercule Leonicida, de bove &c.

Φαέθων μέγας, ὃν ῥα βοτῆρες

ἀστέρι πάντες εἴσκον, ὃν ἀνεκα πολλὸν εἰ ἀλλοῖς

Βροσίνων λάμπουσπενο.

Sophæcles initio Electrae :

ὡς καὶ ἐπαυχῶ τῆς δὲ τῆς φήμης δῶπ

Δεδορκότ' ἐχθροῖς, ἀστρον ὡς λάμψεν ἔπ.

Quomodo Christodorus lib. V. Anthol. de Menandro & ibidem de Pompeio eadem utatur translatione vide sis. Item lib. I. Anthol. cap. LXVI. in Philosopham Hypathram incertus autor. Apoll. lib. I.

οἱ δὲ φαεινοὶ

Ἀστέρες ὡς, νεφέρασι μετέσπεπον.

Et lib. II,

ὁ δ' ἔρανό ἀπὸ λαυτο.

Ἀστέρι Τυρδαεῖδος, ἔσπε κἀλλισαῖ ἔασιν

Ἐσπεράν Δι. νύκτω, φαεινομένων ἀμαρυγῶν

Τοῖσ' ἔην διὸς ἡός.

Quomodo fulguri forma eximia comparetur ab Helio.

Iodoro, videatur lib. III. ubi de Theagene agit, Virgil.
lib. VIII. Æneid.

----- ipse agmine Pallas
In medio, chlamyde & pictis cōspectus in armis
Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes
Extulit os sacrum cœlo, tenebrasq; resolvit:

Horat. III. Carm. Od. IX.

Quamquam sidere pulchrior
Ille est.

Claud. III. Consol. Honorii:

Quis non Luciferum roseo cum Sole videri
Credidit, aut junctam Bromio radiare To-
nantem.

Ovid. lib. II. Trist. v. 167.

----- tui sidus juvenile nepotes
Et lib. III. Amor. Elegiâ 3.

----- radiant ut sidus ocelli.

Hinc Seneca de Clem. lib. I. cap. III, Tanquam ad clarum
& beneficum sidus advolant, Nazianz. Epistol. LXXIV.
Athanasius suo seculo orbis oculus est habitus & funda-
mentum fidei.

370. HEBET ARCAS ET INGENS JUPITER)
Per Arcadem Mercurium intelligit. Ille enim Deus
est Arcadiæ secundum priscos: Iovis sidus ingens vo-
catur, quia inter Planetas maximum est. Obscurari
autem dicit has stellas sub exortum Sirii, hoc est Solis.
Ponitur enim Sirius & pro stellâ ipsâ, & pro Sole apud
multos Poetarum: Hesychius Σείριος ὁ ἥλιος καὶ ὁ
ἔκλυος ἀστὴρ. Utroq; modo exponi potest apud
Virgil.

----- tum steriles exurere Sirius agros.

Apol.

Apollonii quoq; Scholiastes lib. II. omnes stellas ite nominari posse autor est. Intelligi autem à Valerio Solem ex v. 369. videre est: ubi dicit: Cum nox accenditur aurum. Ubi egregia est auroræ descriptio, Soli enim aurum adsignabatur.

v. 373. REGINA ATTONITO QUANQUAM PAVOR ORE SILENTEM EXANIMAT) In quoslibet summos adfectus subiti silentii imperium est, Noxter lib. IV.

Atq; oculos cuncti inter se tenere silentes.

Symmachus lib. II. Epist. LVI. Vastum silentium cunctis stupor subitus imperavit. Apollon. lib. III.

ἀναυδοὶ εἰς ἀπλήλως ὄργοντο
ἀντὴ ἀμηχανίητε κατεφίεσ.

Petronius: Ego frigidior hyeme Gallicâ factus nullum potui verbum emittere. Claud. lib. III. de rapto Proserp. v. 151.

Hæserunt lacrumæ, nec vox aut Spiritus oris

Redditur atq; imis vibrat tremor ossa medullis

Minutius Felix Octavio: Cum Octavius perorasset aliquandiu nos ad silentium stupefacti intenti vultus tenebamus. Callimachus hymn in Pallad. Lavacr. v. 83.

ἑστῆθη δ' ἄφρονησθε· ἐλόκασσεν ἦ ἀνία
ζῶνασθε καὶ φωνῶν ἔχεν ἀμηχανία.

Vulcanius ita vertit:

Adstitit, obrucuit, dolor illi ut glutine vinxit;

Genus, sonum tenuit vocis inops animus.

Monophilus Damasc apud Stobæum ferm. LXIII.

ὅτ' ἀφροσὴ δ' ἀλεγεινῇ
θυμὸς ἄδλυ πὶ πότητο, λυθὲν δὲ μοι· ἄψα πάντα
ἐκ κεφαλῆς εἰς ἴχθη, ἀπώλετο δ' ἐλασσὸν πᾶσσο
ἐπὶ στήθεων καὶ πάντα χαμαὶ πίσει, ὅσα πρὶ ἔτλιω
ὄρθητε πρᾶφροσῆτε κυλινδόμεσθε· σφεί νόστον
Τεῶσιν ἦ πρὶ θυμὸν ἀπέριετον ἵκετο γὰρ μῦθος.

v. 378. SI DEA, SI MAGNI DECUS HUC ADES)
Pari modo Æneas Venerem alloquitur apud Virg. I.
ÆN.

*O quam te memorem virgo, neq̄ enim tibi
vultus*

*Mortalis, nec vox hominē sonat, ô Dea certè,
Aut Phœbi soror, aut Nympharum sanguinis
una;*

Sis felix, nostrumq̄ leves quæcunq̄, dolorem.

v. 394. SI VIVOS POSSIS DIGNOSCERE CAL-
LES) viam intellegit gramine viridantem. Horat.
lib. I. Carm. Od. 19.

Hic vivum mihi cespitem, hic

Verbenas pueri ponite, thuraḡ.

Idem lib. II. Carm. Od. 8.

Martii cœlebs quid agam Calendis

Quid velint flores, & acerrathuris

*Plena, miraris, positusque carbo in cespite
vivo.*

v. 398. SACRAQUE TERRIFICÆ SUPPLEX
MOVET IRRITA NOCTI) Medeam Hecate sacrifici-
catum ire significat. Nocti dicit autôr vel quia No-
ctis filia erat, juxta Bacchylidem, vel quia media no-
cte sacra fiebant. Terrificam autem vocat, quia He-
cate nocturnis spectris & terriculamentis præerat:
ἠμπερα inde à Theocrito vocata in Arâ. Sacrificandî
ritum Apollonius describit lib. III. Pro victima erat
agna fœmella; ea mediâ nocte, seorsim ab hominum
conventu in foveâ orbiculari mactanda: qui sacrifi-
cabat, nigris induebatur vestibus, ac prius in flumine
lavabatur: juxta foveam extruenda pyra, ac integra
imponenda victima atq; hoc modo placanda Hecate.

His

His peractis tacite sacrificanti discedendum, nec respiciendum erat. Audiebantur enim varii tumultus, pedum strepitus & canum latratus.

v. 399. PROTINUS URGET AERE SEPTUAGINTA TER) Crebrò Poetæ heroes euntes præsertim vero in locis incognitis à Diis nube circumdari fingunt, Apollonius lib. III. de Jafone v. 210.

Τοῖσι δὲ νεῖσσομένοισι ἦν Φίλα μηπόσσα
Ἡέρα πάλιν ἐφῆκε δὲ ἄσιϞ.

Æt rursus lib. IV.

Ἡέρα χεῖρα σοὶ πάντα ἤμαρ νεῖσσομένοισι.

Et Homer. Odyss. η.

Καὶ τίτ' ὄδυσσός εἰς τὸ πόλιν δ' ἴδωρ ἀμφὶ δ' Ἀθῆναι
Πολὴν ἔερε χεῖρα, φίλα φραγέισσ' ὄδυσσῆϊ.

Et paulo post de eadem Pallade — ἠρά οἱ ἄχλην
Ἐσπεσίην κατέχευε.

Imitatus est utraq; Virgilius in Ænea & Achate. ÆN. I.

*At Venus obscuro gradientes aëre sepsit
Et multum nebulae circum dea fudit amictu.*

v. 403. PHŒBI GENITORIS AD ARAM VENTUM AIT) Quis ille Phœbus? quæ ara? Existimo me rationem reperisse in Cloatio Vero ordinarum lib. 2. Docet enim esse Deli aram, apud quam hostia non cæditur, sed tantum solemani Deum prece venerantur: Verba Cloatii hæc sunt: Deli ara est Apollinis Γενήτορ in qua nullum animal sacrificatur, quæ Pythagoram velut inviolatam adoravisse produnt. Macrobius lib. III. Saturn. cap. 6. ab initio cap. Mirandum est Virgiliū circa nostra & circa externa sacra doctrinam. Neq; enim de nihilo est, quod cum Delon venit Æneas, nulla ab eo casa hostia, cum proficisceretur, Apollini & Neptuno res facta divina est. Significat Γενήτορ

aram esse qua ab Aeneâ adoratur siquidem templum ingressus Pontifex nullo alio sacrificio statim inchoat precibus, & ut Genitricem expressius nominaret *Æn. III.*

Da pater angurium, atq; animas illabere nostris!

At vero eum idem mox Taurum immolat Apollini & Neptuno apud aliam utiq; aram factum intelligimus, Meminit etiam Diogenes Laertius lib. IIX. Βουδὸν ἀποκρίων ἡρώων μόνον ἐστὶν ἄλλοι δὲ ἄποδων ἡρώων ἐστὶν ὁμοίως ἡ Κροτωνίς, ἂν δὲ τὸ πρῶτον ἐστὶν Κροτωνίς, καὶ τὰ πρῶτα μόνον πρῶτον ἐστὶν ἀποδων πρῶτον, ἰσπεὶ οὗτοί ἐστιν. Cato de liberis Educandis: Nutrix haec omnia faciebat in verbenis, at tubis sine hostiis, ut Deli ad Apollinis Genitrici aram. *Centorinus cap. 2.* Id moris institutum majores nostri tenuerunt, ut cum die Natali munus annale Genio solverent, manum à cade ac sanguine abstinerent: ne dies, qua ipsi lucem accepissent, aliis demerent, deniq; Deli ad Apollinis Genitoris aram, ut *Titianus Auctor est*, nemo hostiam cadit. Cum vero huic Deo sacrificium immolarent ante adium fores, in qua ara erat faciebant, unde Idem Apollo *Ἰωγῆ* appellatus. *Lycophron Ἰωγῆ* vocat. *Macrobius Saturn. lib. I. c. 9.* Etenim sicut *Nigidius* quoq; refert, apud Græcos Apollo colitur qui *Ἰωγῆ* vocatur: ejusq; aras ante fores suas celebrant, ipsum exiit & introiit demonstrantes potentem. Atq; hinc capi posse autumno illud *Virgil. Æn. III.*

Excipit incautum patriasq; obruncat ad aras.

Nam ut augeatur scelus sacrilegæ necis ad publicam & patriam Delphorum aram Apollini consecratam interficit, quod & ab Euripide scribitur *Andromachâ.* Sunt nonnulli qui patrias Apollineas hic interpretati sunt, non à patris urbe Achaïæ ut *Servius* ibi exponit, sed è cognomine Apollinis qui *Ἰωγῆ* à Græcis vocatur, ut refert in Atticis *Pausanias.* Athenis quoq; ut *Pollux* scribit, probatione quærebatur habereatne *Apollinem patriam & Jovem Hercem.* Alii allegatum

gatum locum Virgilius exponunt ita, quod Apollo pater sit, unde Maro dixerit :

Da pater augurium.

V. 408. NON ALITER QUAM SI RADIANTIS ADIRENT) Descriptio est Aulae Aetææ, quam & Apollonius facit, sed alio atq; alio modo. Verba ejus v. 215, lib. III. sunt:

Ἔσαν δ' ἐν ἀεθρολογίῃ τῆσσι πότις ἕρκε' ἀνακτοῦ
εὐρείας τε πύλας, καὶ κίονας αἰθέρι τοίχῃς
εἰσείης ἀνεχόν. &c.

Quod autem de quatuor fontibus addit fabulosum est; nec tanto Poëta dignum; quanquam Poëtam Homerum sequi videatur. Odyss. s. quem tamen ipsum post se relinquere videtur longissimè. Certè Noster *ἠρωϊκῶσπερ* addit, quo nomine Apollonium longo post se intervallo relinquit.

V. 410. STAT FERREUS ATLAS) de Atlante vide Ovid. lib. IV. Metam. fab. X. Quod autem noster dicit v. seq.

At medij per terga senis rapit ipse nitentes

Alnus equos curvoq; diem subtexit Olympo.

ex ej. idem Ovidii illo intelliges :

----- *hic Solis anhelis*

Æquora subdit equis & fessos excipit axes.

Medio enim tergo gibbosusungebatur ad sustinendum onus. Unde Martialis.

----- *ridetur Atlas cum compare gibbo.*

Hinc apud priscos Columnæ, quæ a des sustinebant à Grecis Atlantes, à Latinis Telamones dictæ sunt ut est apud Vutruvium. Nuncupabantur quoque isti Telamones gibbosi, quod ita ferent (ut ait Servius) ut gibbosos imitentur, dum onera sustinent. Causam cur Atlas cœlum ferre fectus sit Dioderus siculus lib. IV. & B. August. lib. XIII. de Civ. Dei narrape.

V. 415. PLEIADES, ET MAÏDIS ROTAN-
 TES CRINIBUS IGNES) per rotantes ignes elegan-
 ter describit *Hyades*. Græci enim dictas putabant
μαγὰ τὸ βῆν, quod noster indigetat satis obicure; La-
 tinitus *Sucula* dicuntur, non à sacco ut ineptè *Nigidius*
 & *Plinius* testantur lib. II. c. 42, & lib. XLIX. c. 26. sed
 ianquam *Sadss* sint *βῆς ὑποκορισμῶς* ut ait *Scaliger*.
Cicerò tamen notationem hanc videt II. de Nat. Deo-
 rum. Nos à litera S quam aliquomode representant
 in fronte Tauri commodè dici notavimus, in *Differ-*
entatione nostrà de PLUVIA, quam *Liphiæ* Anno cō Ioc
 XXII. scripsimus.

V. 418. UT PRIMA SESOSTRIS) Initia Regni
Colchici describit, in foribus depicta fuisse. Ea
Sesostri cuidam adscribit, cum bellum contra *Gethas*
 susciperet. Non illi, qui plurimas nationes subegit,
 & curru ex auro lapidibusq; preciosis constructis vehi
 solitus est, qui à quatuor Regibus à se victis trahebatur
 sed alii cuiusdam ejus nominis Regi *Aegyptiorum*. Vide
Admiranda Ethnica Theologiae mysteria Joh. Frider.
Herbart, parte I. cap. 268. Communi enim vel fami-
 liari nomine Reges ita in *Aegypto* appellabantur, ut
 olim *Pharaones*. Quod ex illo *Ausonii* apparet:

Et qui regnavit sine nomine mox Sesostris.

Dicunt etiam aliquem nomine *Pheron* qui similiter
Sesostris dictus sit. Ille etiam qui devictos à se reges
 curru subungebat, *Susacus* appellatus proprio nomi-
 ne non *Sesostris*, quod ex *Josepho* lib. IIX. *Judaica*
Antiq. observo cap. 10. De primo hujus Nominis, qui
Colchis originem dedit *Diodor.* in II. subjungit: *Ses-*
ostris *Egytharum* gentem ad *Tanaim* usq; *fluvium* qui *Eu-*
ropam ab *Asia* dividit, pertransiit. Ibi multis *Aegyptiis*
juxta Mæotim paludem relictis *Colchorum* genti originem
 praeiit. *Herodotus* in *Euterpe*: *Sesostri* ad *Phasi*
confedisse dicit, *dubitanq; an rex* diviso *Exercitu* *copiarum*

ad eam partem regionem incolendam reliqueris, an militat aliqui tam longam peregrinationem pertasi circa Phasim subsisterint.

V. 423. PINGUEMQUE SINE IMBRIBUS ANNUM) alii legunt *Annem pro annum*: Nilum, qui inundatione suâ toram Egyptum irrigabat vice pluviz, quæ eo loco deesse fertur intelligentes. Quia autem quotannis semel hoc fiebat, etiam tolerari posse autumo Annum. Quamvis (ut & hoc addam) non quovis anno ager Egypti ex Nili inundatione pinguis vel fecundus factus sit. Non enim usq; adeo felix suo flumine terra Egyptiaca fuit, ut nunquam fefelleret spem agricolæ. Ecquid enim quod Moyse habet, aliud est, cum dicit: *Septennio Nilus Ægyptum non rigaverat*, quàm quod similis fuerit sterilitate frugum ceteris provinciis? Nec illo tantum tempore cum septennium universalis per Ægyptum famis esset, hoc accidisse, sed & postea continuis aliquando annis contingisse testatur Guntherus Monachus Helvetius, in Historiâ Constantinopolitanâ, quam ante annos abhinc plusquam quadringentos conscripsit. Veteribus etiam non ignotam hanc emanationem fuisse Philo docet lib. I. de vitâ Moyse: qui Nilum fecundare terram addit, nisi impietas obstet incolarum. Malim ergo *Annem* quam *Annum*. Quod autem Poeta dicit *pedaq; requirunt otia læta Phari*, cum illo Claudiani convenit, qui ad eandem beatitudinem respiciens ait:

Felix qui Pharias proscindit vomere terras.

Et ad sequentia:

*Ægyptus sine nube ferax imbresq; serenos
Semper habet.*

Ubi & significat irrigationem hanc sereno cælo factam esse.

V. 424. ET JAM SARMATICIS PERMUTANT
CAR.

CARBASA BRACCIS) Sarmatae totum corpus braccati sunt inquit Pomp. Mela: & nisi etiam qua vident ora vestiti, Sunt autem braccæ genus vestis intonsæ, qua regionis frigidioris incolæ ad frigus propellendum utuntur: unde braccata Sarmatia. Et inter Belgas Vangiones braccatos dixit Lucan.

*Et qui te laxis imitantur Sarmata braccis
Vangiones Bathaviq; truces.*

Sulpit. vocat eas vestes Braccas si sint breves si longa Rhe-nones. Carbasa autem sunt vestes ex lino tenuissimo quod Ægyptiacum maxime commendatur: ut meminit Herod. Euterpe. Dicere ergo vult Ægyptios vestes Carbaceas in braccas mutasse Sarmaticas. Vide Lutat. Placid. Theb. Statianæ lib. VII. p. 266.

V. 429. FLEBANT POPULÆ JUVENEM PHÆ-
THONTA SORORES) Fabulam de Phæthontis casu attingit. Phæthon enim ex sole conceptus & à Cly-mene Oceani & Tethyos filiâ procreatus, impetrata à Phœbo regendi currus solaris potestate, cū multas re-giones flammâ deviâ consumpsisset, fulmine à Jove ictus de curru præcipitatus est; quem Eridanus fluvius excepit. Sorores autem Heliades miserabilem casum fratris desolentæ sunt, quarum lacrumæ de ramis efflu-entes, coloreq; Solis induratæ in Electrum conversæ sunt. Confer Ovid. lib. Metam. II. fab. I. II. III. IV.

V. 436. EADEM DEA FLECTIT HABENAS)
Significat Poeta etiam Adventum Minyatam in fori-bus depictum, & à Vulcano adumbratum. Apollonius contra aratti singularis meminit à Vulcano in Grati-tudinis monumentum Ætæ fabricati lib. II. v. 213. Causamq; addit, nempe hospitii præstiti beneficium, Per Deam noster Palladem intelligit vel Junonem,

V. 439. OTHRYSIO GAUDEBANT CARMINE
Z 3 PHO.

PHOCÆ) Pisces marinos intelligit Orphei carminibus delectatos. Terribissimus est horum piscium odor quod etiam indicat Homerus hoc versu:

Φωκῶν ἀλιότρεφῶν ὀλοάπειτ' ὀδμή.

Hac de causâ turpes Virgilio Georg. 4. & Ovid, Metam I. *desformes* vocantur. Cæterum quomodo Menelaus & tres ejus socij phocarum pellibus quas ab Edothæâ acceperant cooperti dormierunt in litore ut ex Proteo causam cognoscerent ob quam tamdiu retinerentur, fabulam cognosce apud Homerum Odyss. IV.

v. 452. STRUXERAT IGNIPOTENS.) Vulcanum intelligit qui hæc & ejusmodi ferro cælata Regi Colchorum donaverat, sed nondum illa noscenti.

v. 460. DISTULERANT SED BELLA TOROS) Nuptias intelligit Styri, quæ dilata fuerint ob bellâ Styro gesta, idem ob Chalciope filios absentes, *Phro. utin & Argum &c.* Diu enim quadrigam hanc fratrum à Chalciopæ expectatam, ex Apollonio disci potest v. 259. lib. II.

————— τοῖον δὲ κινναγυμνὴ φάτο μῦθον

Ἐμπης ἐν ἄρ' ἐμέλλετ' ἀκηδέην με διπότης

Τηλόδι πλῆγξοῦδ'· μοῖρ' ἴ' ὕμεις ἔτραπευ αἴσαι.

Baptista Pius legit distulerant sed bella Cytoria, quod bella ad fluvium Cytorū à Styro gesta eum detinuerint, Cytortios enim dicit populos à fluvio cognominatos.

v. 461. ÆOLIDÆ) vocat quatuor Phryxi & Chalciope natos Æolidas, ab atavo Æolō. Æoli filius Athamas Athamantis Phryxus, Phryxi isti quatuor. Colligitur Phryxi progenies paulo infra sic Iasone loquente: v. 477. Namq; idem Cretheus, ambobus & Æolus auctor Cum Iove Neptunōq; & cum Salmonide Nympha Confer etiam Apollonium sub finem lib. II. Hæc vero Scholiastes clarius: Athamas filius Æoli frater Crethei primam uxorem Nephelen duxit duos filios ex eâ Phryxon Hellendq; suscepit. Defunctâ Nephelē superduxit

Duxit alteram uxorem Ino, quæ insidiata Nepheles
 pueris persuasit indigenarum uxoribus fata urerent:
 At cum exustum semen fructus annuos non submini-
 straret: Athamas in Delphos misit super sterilitate
 sciscitatus. Donis vero persuasit Ino legatis, jugulâdos
 Nepheles filios referrent, tanquam Deus Hellen &
 Phryxum jugulandos esse responderit, si vellent ut
 sterilitas cessaret. Persuasus igitur Athamas à legatis
 Hellen & Phryxum aris admovit. Caterum eorum
 Dij misisti aurei velleris ariete sublimes evexerunt,
 quod Helle tolerare non valens in Hellespontum ab
 ea nuncupatum decidit. Phryxus autem in Colchicam
 terram delatus sacrificavit Phryxio Jovi, hoc est fugæ
 sospitatori, quod novercam effugisset, duxitque ibi
 Chalciopen uxorem. Ætææ Colchorum Regis filiam,
 ex qua Argon, Cytisoron, Melana & Phrontin suscepit.
 De Cythoro loco meminit Noister. super. v. 105.

*Mox etiam Cronnam, atq; jugo pallent Cy-
 thoron.*

Teg̃ cita penitus condunt Erythina carinam

v. 469. JASON TALIA MIRANTE PROPRIUS
 TULIT ORSA TYRANNO) Aliter primam Minyarum
 cum Rege Ætæâ collocutionem exponit Apollon. lib.
 III. v. 317 Dicit enim post honorificam exceptionem
 illorum & finitam cœnam Ætææ, cum Rex adventus
 causam sciscitatus esset ex Argo comitatum uno, hunc
 pro omnibus respondisse, nec statim aurei velleris me-
 minisse, sed longo demum post tempore. Urbana
 Argi responsio hæc est:

Αἴνη, κείνη μὲν ἄφαρ διέδρασαν ἕκταρ
 Ζωρηεῖς αὐτὸς δ' ὑπὸ δάρασι πεπτηνῶτας
 Νῆσσι ἐναλίσιω πεπὶ ξέρον ἐκβαλε κύμα
 Δυραίνῃ ὑπὸ νυκτὶ. θεὸς δ' ἐπὶς ἀμμὶ ἐστίωσεν. Ἔς.

V. 477. NAMQUE IDEM CRETHEUS AMBRO-
 SUS ET AEOLUS AUCTOR) Crethei Nepos Jason erat
 quod & superius indicavi. Apoll. lib. II. v. 1166.

Κρηθεύς γέ ῥ' ἄνεμος τε καὶ ἰασηται γιάσιπ
 Κρηθῆ δ' ἄνεμος ἐγώ.

Scholias tes lib. I. Αἰόλος ἔ Ελληνος Κρηθεύς καὶ Ἀδάμας
 Κρηθεύς δ' Ἀἰών· Ἀἰώνος δὲ ἰάσιπ. Ipse Jason apud
 Hind. Pythion. Od. IV. ita ait :

Μία βῆς Κρηθεῖτο μάτη
 καὶ θροσυμῆδες Σαλ-
 μονεῖ. τρίταις δ' ἐν ἡναῖς
 ἔμμεσ ἀν κείων φυθεύειν-
 τες δένος Ἀελίς γρύστον
 λάβισσεν.

V. 482. CUI CYANEOS INTRARE FRAGO-
 RES?) Cyaneas petras intelligit (de quibus superius)
 quas Poëta fingit in mari fuisse duo saxa, quæ con-
 tinuo agitata motu inter se coierint. Verba lib. IV. v.
 655. sic habent :

*Unde laborantes præceps rotat ac fuga ponti
 Obvia: miscentur rupes: jamq; equore toto
 Cyaneæ jugæ præcipites illisa remittunt.*

V. 488. TAMEN ASPERA REGUM PERPE-
 TIMUR JUGA) respicit Poëta ad illa lib. I. v. 22.

*Hemoniam primis Pelias frenabat ab annis
 Jam gravis ἔ longus populis metus. ἔ : 31. v.
 Ergo anteire metus, juvenemq; extingvere
 pergit*

*Æsonium, letiq; vias ac tempora versat. ἔ c.
 Eandem ferè Orationem de Jafone narrat Apoll. lib.
 III. v. 385.*

Αἰήτη, χεῖρο μοι τὰς δεξιὰς ἔπ' ἔδ' αὐτῶς
 ἄν' ἔπει καὶ δάμηδ' ἰκάνομεν, ὡς περ ἰολπυρο

Οὐδὲ μὲν ἱερδοί' τίς δ' ἄν τόσον οἰδία προῆσαι
 Τλαίη φωνὸν ὄνείον ἐπὶ κτέρας' ἀδία μὲ δαίμων
 Καὶ κρυερὴ βασιλῆος ἀπαθάλει ὄρσει ἐφετμή.

V. 514. HÆC MATERNI TEXTA LABORES)

Gloria erat veterum Matronarum; Nobilium & Heroinarum, vestes filii, maritis, amicisq; discedentibus, manibus propriis confectas dedisse. De Alexandro & Xerxe Claud. I. de raptu.

*Ipsa domum tenui mulcens Proserpina cantu
 Irrita texebat reditura munera matri.*

Et de Consul. Olyb. & Probini.

*Latatur veneranda parens & pollice docto
 Jam parat auratas trabeas currusq; micantes
 Stamine* ---- ----

Sil. Ital. lib. VII.

Quod nostra venerem manus venerabile donum
 Virgil. multis in locis aliis observatus lib. III. *Æn.*
 Andromache ad Ascanium.

---- *vestes manuum monumenta mearum.*

Et lib. IV.

---- *Dives que munera Dido
 Fecerat & tenui telas discreverat auro.*

Hinc Juv. de frugalitate Matronarum Sat. V l.
 v. 286.

---- *Somniq; breves & veliere Tbusco
 Vexata, duraq; manus* ---- ----

V. 529. CUR SIMUL AUT PERSEN ILLINC SIBI
 MOVERIT) Significat Poeta Fætæn Regem Colcho-
 rum, animi incertum quid faceret, præfagia antiqua
 extimuisse, & duplici nomine attonitum fuisse, cum
 quod Minyæ aureum vellus peterent. tum quod Per-
 seus frater bellum suis agris intulisset. Perfes enim

vel Perseus frater Aetæ fuit ex Bëlio. Scholiastes Apollon. ad v. 200. *Ἡελίω φησὶν ὕμνος Ἰσουλῶ δύο ἐσὶ τοῖς ποσσὶς ἐκείνοις. εἷς ὀνόμαζα ἦν Περσεὺς καὶ Αἰήτης.*

V. 540. NAMQUE VIRUM TRAHIT IPSE CHALYBS) Sic malim pro *Lamq.* Profopopœia est qua Aetæ Jasonem terrare conatur. Nam ad excitandas hominum commotiones permultum valet ipsarum rerum quibus ii commoveri solent præfens intuitus. Id clarè satis perspicitur, cum quis litigiosus & pugnax ferri armorumq; intuitu ad prælium excitatur. Hoc ab Homero eleganter primo omnium observatum. Ulysses enim Telemachū in urbem dimittens, armaq; domestica omnia seponi iubens, hanc illum vult ad procos hujus rei causam insuper dicere. Odyss. τ.

*Μήπως δινωθέντες, ἔσαν γήσαντες ἐν οὐνί
Ἀχίλλεὺς τρώσσει, κατὰ κροχύνητι δὲ δαῖτα
καὶ μνηστῆν, αὐτὸς ἦν ἐφέλεκται ἄνδρες σίδηρον.*

V. 560. STETIT EXPLICITO PRIUS AGMINE PUBES) Veteribus olim in more positum erat, ut duces militiae ante conflictum milites explicato ordine statuerent. Idq; verbo veteri vocabant *ἔξελιεσεν* evolvere. Evolutiones autem *ἔξελιγμός*. Hesychius *ἔξελιγμός, κίνησις τις παρὰ τοῖς τακτικοῖς ἢ ἐνόπλιοις*. Evolutionio apud Tacticos motus quis est armaturæ. Sed ibi scribo cum doctissimo Arcerio *τακτικοῖς ἢ ἐνόπλιοις*. Svidas *καὶ τὰ ἐνόπλιοι ἀφ' ἀρχαῖς πνεύσονται, καὶ ἐξελιξίαι, καὶ ἀπείσοδοι*; inde discurtiones quædam in armis fiebant, & evolutiones, & circumductiones. Hujus verbi usus etiam apud Xenophontem lib. IV. & VII. *Ἡellenικῶν*: καὶ ὁ μὲν εὐθύς ἐξελιξίας τὴν φάλαγγα ἤρθη ἐπ' αὐτῆς; atq; ille confestim facta Phalangis evolutione, eam in illos duxit. Claud. Alrianus cap. XXVI. in Tacticis *Duo illarum facit genera: Ἐξελιγμῶν* inquit *εἶδη δύο, τὸ μὲν καὶ λόχος τὸ δὲ καὶ ζυγός. εἶδη δὲ αὐτῶν εἰκαστα*

ἡρία· καλεῖται ἢ ὀρν Μακεδόν, ὁ δὲ Δάκων, ὁ δὲ χορεῖο.
 De modis etiam quibus unaquaq; sit uberius illum
 consulte, cap. XXVII.

v. 561. EXPERTIQUE SIMUL SI TELA AR-
 TUSQUE SEQUANTUR) Talis etiam mos à veteribus
 observabatur, ut milites ante pugnam periculum ar-
 morum facerent. Concutiebant enim hastas tentan-
 tes eo modo an etiam fractæ essent. Homeri Scholia-
 stes Iliad. β. ἴσειον τὰ ἔγχι πρὸ τῆς ἀφίσεως μήποτε ἀγο-
 ῖεν κλαδίτην. Inde ἐγχείματα apud Homerum & ali-
 os Poetas. Hic mos etiamnum hodie servatur.

v. 579. INTEREA LÆTO PATITUR CON-
 VIVIA CULTU) Alii legunt potitur, quod malim.
 Ter. Adelp. Patria potitur commoda. Pacuvius Iliona,
 Vsi onere, credo, sceptrum patientur poti. Convivii ap-
 paratum Apoll. lib III. exponit v. 199.

Δμάς δ' ὀππότε δὴ σφιν ἐπαρτία ἦν κων ἐδάδι,
 Αὐτίπε λικροῖσιν ἐφασδζωνόντο λοστροῖς,
 Αἰσασίως δὲρπῶ τε ποτῆι τε θυμὸν ἤρεσαν.

v. 584. QUID SI AMNIGENAM MIRERE CHOR-
 ASPEN?) apud Tibullum hujus mentio lib. IV.

--- --- vel Regia lympha Choaſpes.

v. 585. BELLATORIS EQUI POTANTEM
 CERNE CRUORES) Massagetæ intelligit, de quibus
 Statius Papin. Achilleid.

Lactea Massageta veluti cum pocula fuscant
 Sanguine puniceo.

Confer superius v. 124.

v. 594. VIDE BATA COMANTEM PE-
 CTORA) Sic Manilius dixit Respondere tertio ordi-
 ne: lib. V.

Sic etiam magno quedam respondere mundo
 cui Martialis succedit.

*Si quando veniet? dicer: responde, Poeta
Exicrat, veniet cum Cytharædus erit.*

Idem ultimo Epigr. lib. XI. *Lector salve, taces, diffimus.
Tusq; Vale. Argute equidem! pro quo malè nonnulli
Substituunt solus.*

v. 595. TURBANTEM POCULA BARBA) Vide
Diodor. Sicul. lib. I.

v. 596. HINC ET JAXARTEM DICTIS STUPE
HOS PES) Alii *Laxarten*; alii item *Laxastien*. Consule
super hoc loco Strabonem & Hermodolum Barbarum
in Plinium lib. VI. cap. 21 & 25. Ego plura hic conge-
rere non de necessitate esse judico. Gentes fuerunt
barbaræ, quibus in bello usus fuit *Æetes*, Scythis con-
terminæ, de quibus noster libr. sequente rectissime:

*Verum ego nec numero, memorem, nec nomi-
ne cunctos*

*Mille vel ora movens: neq; enim plaga genti-
bus ulla*

*Ditior: aeterno quamquam Mæotia pubes
Marte cadat: pingui nunquam tamen ubere
desit*

*Quod geminas Arctos, magnumq; quod im-
pleat anguem,*

v. 608. SAXIFERÆ SURSAT QUIBUS IMBER
HARENÆ) Existimo Poetam respectum habuisse ad
illam veterum armaturam, quæ lapides aut saxa vel
filices manibus ejiciebat, quorum usum imbri hic
comparat, ut Ferreum imbrem Ennius dixit *Annal.*
lib. VIII.

--- -- -- -- stant polvere campi
*Hastatei spargunt hastas. stat ferreus imber
Imo ut ipse Virgil. Saxeam imbrem.*

Quid trepidas tandē gressu pavitante viator?

Nocturnum furem saxeus imber habet.

Illi autem apud Pollucem & Thucydidem λιθόβολοι nominantur. Xenophon lib. V. Αναβάσις: καὶ τὰς γυνήτας λίθων ἔχειν μετὰς τὰς διαβήσας. Jussit & velites lapidibus pelles suas repletas habere. His cum aliis velitis etiam proprium fuit, sine ordine, quovis tempore, loco & viritum præliari. Polyb. lib. X. ταῦτα δὲ Λαγονοιδεῖς τὴν μὲν πρῶτην ἑδωκας τὰξιν Διογένει συστῆσας αὐτὰ τοξότας, καὶ σφενδοῦντας καὶ τῶν ὀρείων τέττες ἀνοτιζέον καὶ λιθάσειν δωμαμένους, οἵτινες τὰξιν μὲν ἐκ ἑνέμου. Deq; efficaciam eorum usum & operam multa addit. Vegetus eorum usum apud Romanos novit lib. I. cap. XIX. Ad lapides vero vel manibus vel fundis iacendos exerceri diligenter convenit juniores. Et mox: interdum evenit ut in lapidosis locis confictus habeatur, ut aut mons aliquis sit defendendus aut collis, aut ab oppugnationibus castellorum sive civitatum lapidibus barbari, fundisq; pelendi sint. Cum primis autem respexisse auctore Nostrum ad Fundarum usum, quibus in omnibus veterum præliis Funditores (σφενδοῦνται Græcis dicti) militabant, auctore Vegetio lib. I. cap. XVI. In bello etiam Trojano Homerus Iliad. v. v. 600

Σφενδόνη ἢ ἀργεῖοι ἤεσσαν ἔχεποιδρι λαῶν.

ad quem locum Eustathius: δῆλοι ὅτι καὶ σφενδοῦντας εἶχεν ὁ Τρωϊκὸς πόλευσ. A dextro fundæ usu laudari cum primis fuere Balearès, apud quos etiam primo inventa creditur funda. Vegetius d. libro & capite: Fundarum usum primi Balearium insularum habitatores & invenisse & ita perire exercuisse dicuntur, ut matres parvos filios nullum cibum contingere sinerent, nisi quem ex fundâ destinato lapide percussissent. Suidas de Balearidibus: βαλεαρίων ἴστων σφενδοῦνται ἔεσοχοι. Idem de Parthis adserit idem: Καρθάχοι (leg. καρδοχοί) ira Parthos olim vocatos scribit Strabo lib. XVI. σφενδοῦνται

ταυ ἕασι. Etiam S. Scriptura mirandum in modum exercitatos in funde usu refert ad Septingentos ex habitatoribus Gaba. Judic. cap. XX. *πῦρτις ἔτοι σφενδοῦντα ἕασι βάλαντις διδύς αὐτῶν τῶν ἀγίχα, καὶ ἔ Αἰγυπτίων τε.* Quanta vero vi & per quantum spacium jactus fundæ ferri ac ferire poterat à Lipsio discite lib. V. de Militiâ. Dialog. XX. Non igitur in eorum hic lectionem consentire possum; qui in Valerio pro harenæ supponunt habenæ, Phrasin autoris & veterum morem non noscentes. Est enim Metonymia; quia saxifera vocatur arena quod arena saxa nutriat, in qua & ex quâ sua augmenta sumunt, ut Physicorum scholæ doceat. Neq; solum lapides fundâ jacere soliti, sed & plumbum, seu plumbeas glandes Ovidius:

Non secus exarsit, quam cum Bælearica plumbum.

Funda jacit, volat illud, & incandescit eundo.
Et Lucret. lib. VI.

----- Plumbea vero

Glands etiam longo cursu volvenda liquefit.

Causam excandescentiæ & colliquationis reddit Seneca natural. Quæstion. cap. LVI. Cæterum quomodo Xenophon de Rodiis in exercitu Græcorum plumbearam glandium usum potioreni fuisse demonstrat, quamq; assignet causam, videatur III. Anab. Item Onofander Strategici cap. XIX. qui has addit causas, quod non tantum incaute feriant, sed & gravius vulnus infligant, quam saxa vel lapides.

v. 613. ET QUANTUM ELATÂ VALEAT PEBTATA SECURI) Amazonam aliquam intelligit, quas Poetæ vocarunt Securigeras. Ita præcedente versu *Mavortiam* vocat. Credebant enim Amazones à Marte se genitas. Noster lib. IV.

Inclj-

*Incluta Amazonidū magnos exorta Gradivo
Gens tibi.*

v. 615. ET OCCIDUO LIBAT CRATERA PA-
RENTI) Scholiastes Apollonii lib. I. tradit in more
fuisse veteribus ut cum ierui essent cubitum vinum
miscerent, & Mercurio linguas Victimarum sacrifica-
rent, ac vinum libarent. Verba Scholiastæ sunt:
Ἐστὶν ἡν τοῖς κελύκεις, καὶ τῶν κερύων, ἕτε μέλοιεν καὶ δὲ-
δειν καὶ τοῖς γλάσσαι τῶν ἱερῶν ἐπιθῆεν τῷ ἑρμῇ καὶ σπῆσι-
δειν οἶνος. Rationem instituti addit idem ibidem.

v. 620. AMBITUMQUE SENEM) Regem
Colchorum designat quem Jason ob aureum veltus
primo ambiit. Sic Capella *Ambitum* usurpat initio
libri. II.

*Hoc quoq; Nisæcis quod sparsum floribus ardet
Multiplici ambitum redimitur lumine serm.*

Claudian. I. Ruffin. CLXXX.

--- & ambitos à principe vendit honores.

v. 646. VIRGINEAS PRÆDES SI CECRO-
PIS ARCES) Athenas intelligit à Minerva conditas,
& à se cognominatas. Græcis enim dicta fuit Ἀθηνῶν.
Sophocles Oed. Colon.

Ἦν ἄμεγιστῆς Παρθιάδος καλέμενον
παντῶν Ἀθηνῶν πρῶτον πόλις

Hyginus quoq; Minervam condidisse & à se Athenas
appellasse dicit fab. CLXIV. *Minerva à suo nomine ep-
pidum Athes condidit.* Iterum fab. CCLXXV. *Miner-
va in Attide Athenas condidit, quas ex suo nomine ap-
pellavit.* Conditam ab ea urbem, etiam ait Julius
Firmicus de Err. Prof. Relig. *Vna (Minerva) est, Vul-
cani filia, que Athenas condidit.* Virgineas ergo vocat
arces Poeta noster. Unde Prudentius contra Syra-
machum.

--- --- --- --- --- Ante

Quam Priami genitor conductis moenia fabris

Exstruere

*Exstrueret, quam virgo suas fundaret Athēnā
Pallas.*

Hinc Θεομήτης Αθήνας dixit Euripides, Hippolyto.

Καὶ μὲν Αθήνας τὰς Θεομήτης μολύβε.

Et Pallados πόλιν, Æschylus Persis:

Θεοὶ πόλιν σὶ Ζεὺσι Παλλὰδιόθεν θεῶς.

Athenas autem appellatas regnante Erechtheo tradit
Marcianus in suā ἐπεξηγήσει.

Ἐξῆς Αθήνας φασὶν οἰκητὰς λαβεῖν
Το μὲν πελοποννησίωτον, ἕς δὲ καὶ λόγῳ
Κροναῖος καλεῖται, μὲν δὲ τῆνδε Κεκροπίδας
Κέκροπος δὲ δωκεῖ δόσαντ' ὑπέροισι δὲ
χρόνοις, ἐσχεύεως τῆς πόλεως ἠγυμένη
Ἀπὸ τῆς Αθηναίων τῆνδε ἀποσημαίνει λαβεῖν.

Quod Cecropem attinet, quidam ab eo conditam esse
urbem autunt. Hinc Euripides Supplicibus:

Ἀυτὸντ' ἀνεκθεῖ, πύδα κλεινὸν Αἰγίως
Καὶ τὰς σὺν αὐτῷ δεξιὸν πεταγμένους
Κέρας, πελαγῶς Κεκροπίδας οἰκῆτορας.

moxq; aucta in majus urbe Nomen istud arci manit,
Alii urbem non Cecropiam dictam à Cecrope, sed A-
thenas autores sunt: Cedrenus: Ο Κέκροψ διφύνης ἀνα-
μάσθη ἢ Διὸς μήκ' ἑσάματ', ἢ ὅτι Αἰγύπτῳ οἰδύο γλάσ-
σαι ἠπίστατο, ἔτ' ἔμ' τὸν κατακλιμένο τῆς Ἀπικῆς Αθη-
νῶν ἐσασίλωσε χρόνας πενήτηκοντα, καὶ δὲ τῆς Αθηναίων τῆνδε
πόλιν Αθήνας ἀνομασε. Alii non conditam ab eo urbem
verum instauratam tradunt. Augustinus de Civit.
Dei lib. XIII. cap. lIX. Iam tamen Minerva tanquam
Dea celebretur, regnante Atheniensibus Cecrope, sub qua
rege etiam ipsam vel instauratam ferunt vel conditam ci-
vitatem. Porro ut Minerva urbem condidisse à qui-
busdam memoratur, ita Jupiter muris eam inclusisse,
Gotfridus Viterbiensis Chronici Parte V.

Jupiter ecce suis muris cingebat Athenas.

Et de Nomine imponendo Dii quoq; cum Minervâ
rum Neptunus contendisse perhibentur. Contentio-
nem istam fusè exponit Apollodorus lib III. Aliter
tamen narrat August. è Varrone de Civit. Dei lib.
XIII. cap. IX. Cum Apollodori narratione consentit
Ovid. ubi de Arachne agit cum Minervâ contendente.
Metam. lib VI.

*Cecropiâ Pallas scopulum Mavortis in arce
Pingit, & antiquam terra de nomine litem
Bis sex cœlestes, medio Fove, sedibus altis
Augustâ gravitate sedent &c.*

Ausonius in catalogo urbium de certamine eodem s;
Nunc & terrigenis patribus memoremus A-
thenis

*Pallados & Cossi quondam certaminis, arcem
Pacifera primum cui contigit arbor oliva.*

v. 651. NON TIBI BYSTONIDÆ) Vet Cod. ait
Carrio Non tibi Bysttonidæ: ali Non tibi Aloidæ: Hanc
fabulam vide apud Jan. Parrhasium super illo Clau-
diani :

*Cum gemini fratres, genuit quos asper Alcæus
Martem subdiderint vinculis.*

v. 676. HABENT QUONIAM SUA FATA FU-
RORES) Stoici omnia fato accidere statuebant &
ipsum fatum, supra Numen divinum collocabant, ut
passim apud Senecam videre est & alios. Confer Lipsi-
um in Manuuct. ad Stoicam Philos. Unde Satyricus:

----- sed nos

Te facimus fortuna Deam cœlog, locamus.

Ita Noster fato quodam Minyas & Perlen in arma ru-
isse scribit, quod tamen sub imperio summi Jovis stare
demonstrat, dum ab hac parte Mars, ab alterâ Pallas
ad tribunal Jovis appellant. Certè Summi Numinis

permissions, & immiffione bella fieri, Sacrae scripturae
 passim testantur ad vindictam scelerum humanorum
 ut Lev. XXVI. v. 25. Deuter. XXIX. v. 36. 49. Judic.
 II. v. 13. Jesai. V. v. 25. Jer. V. v. 15. videre licet, & caeco
 facto ea adscribere, impium est. Impius ergo est & blas-
 phemus Machiavellus, qui in libris suis de Republ.
 scribere nil veretur: Christianam Religionem, illam
 magnitudinem animi, quae in antiquis elucebat fundi-
 tus sustulisse. Romani Imperii ruinam, laudis &
 gloria labem, virtutis etiam militaris interitum, huius
 sanctissimi & summi Dei religioni adscribendum.
 Non attendens certas suas periodos esse regnis, imo
 non attendens supra allegatam causam. Quid est An-
 tichristi in Ecclesiam Dei divinitus permissam saviti-
 am: quae tamen ipsa suas habet periodos, ut nos Sa-
 crae literae aperte docent. Sed disputationem non in-
 stituo. Vide sis Tacticam Leonis, qui non nihil peni-
 tius rem considerat, non ad robora corporum sed ad
 Dei timorem Ducem militiae ablegans cap. XII. §. 3.
 ait: Καὶ ἦν χεὶ τὸ πλῆθος τῶν συμμάχων, εἰς ἣ ἀπαύτου
 θρασυτης, εἰς ἣ ἀπλὴ προβολὴ τῶν πολεμῶν κρινεσθῆναι κατ-
 ορθοῦσιν. αἰς πτες τῶν ἀπέραν νομίζεσιν. ἀλλὰ μὴ θεοῦ ἀφ-
 τεχνης καὶ φρονιμάτων στρατηγῶν, μὴ τῆς ἀσχυρίας ὁ
 στρατὸς κατορθοῦται ὁ πόλεμος. Confer eund. cap. V. §. 13.
 v. 692. TUNC ADSVERTUS ADEST PHE-
 GREAS REDDERE PUGNAS) Gigantomachiam
 intelligit quae in Phlegraeis campis accidit, ubi Gigan-
 tes à Jove fulmine sunt strati, de quo Valer. lib. VI.
 v. 169.

----- *quae ut sevo cum fulmine Phlegraei
 Jupiter atq; imis Typhoea verberat arvis.*

Vide Ovid. lib. I. Metam. fab. VI.
 VII. &c.

F I N I S L I B. V.

Dei dolo